DIATRIPE
adversus
APOLOGETICUM
MODESTI
TAUBENGALL,
In causa Libelli, quem quidam Anonymus Soc. JEsu sub titulo: *Cura salutis, sive de statu vitæ, maturè ac prudenter deliberandi methodus*: An. 1714. Viennæ Austriæ edidit.

Auctore

J. Bartholomæo Werdinger SS.
Theologiæ Candidato, Cooperatore in cura animarum, & Capellano campestri emerito.

Venetiis An. MDCCXXIII.

Servum domini non oportet litigare : Sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, ne quando deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. S. Paul. 2. Tim. 2.

PRÆFATIO
Ad
Benevolum, & Eruditum Lectorem.

Um nuper ex *Austria* ad coronationis Boëmicæ solemnia *Pragam* moviſſem, atque ibi per tempus ſubſtitiſſem : Hebræus hoſpitii domeſticus, ad captandam advenarum benevolentiam, & comparandos empturientium animos, inter cætera, varios è foro ſcrutario libellos, partim donando, partim leviſſimô pretiô divendendo diſtraxit. Inter eos unus mihi caſu obtigit, qui *Admodum Reverendi* ac *Venerabilis Domini Davidis Huffenwetter* pro *Statu Petrino*, ac *Admo-*

PRÆFATIO.

Admodum Reverendi & Eximii Patris Bernardi Pezii, Ord. S. Benedicti, Bibliothecarii Mellicenſis literarum ſcientiâ celeberrimi, pro *Ordine S. Benedicti*, nuper editos Apologeticos longè præſtantiſſimos, adverſus infamias Jeſuitæ Anonymi Viennenſis (quibus minatis omnibus reliquis Eccleſiaſticis ordinibus, ſolum ſuum inſtitutum mundo obtrudere laborabat) per triginta & unum capitulum refutare aggreſſus eſt. Facies autem ejus talis erat:

Modeſti Taubengall
Apologeticus
Adverſus umbras Oratii Melliti
pro fama
A. R. P. Gabrielis Heveneſii
&
Univerſæ Societatis JEſu, in cauſa libelli, qui cura ſalutis inſcribitur, præcipiens methodum de ſtatu vitæ maturè, ac prudenter deliberandi.

Pragæ,
Ex Officina Weidmaniana,
An. 1723.

Ad

AD hæc mente intendebam, quatenus libelli ſenſa, breviter perdiſcerem, ſed quoniam otium occupationes innumeræ excuſſerant, deſiderium hac vice fruſtraneum erat. Igitur domum redux, ac nactus itineris otium, carptim mihi perlectis foliis, offendi *Jeſuitam Pragenſem*, qui ſub fronte *Modeſti Taubengall*, quaſi hominis ſæcularis, *Jeſuitæ Viennenſis* ineptias, frigidis eloquentiæ coloribus, rectificare, ſed incaſſum laborat. Faſtuoſus incedit, modò vocem elevat, modò deprimit comœdorum inſtar. Abſonis repetitionum figuris bacchando provolvitur, veritatem per Satyram traducit. Ac ubi plurimum ſentit periculi, ibi plurimum habet ſarcaſmi, totus cum umbris conflictans. Nunc *rabulas*, nunc *ſycophantas*, ac *proſtibula*, nunc *Melampodi*, levatô pedis crure conſperſionem, exors modeſtiæ, etſi nomen gerat, in ſubſidium advocat. Deploratam cauſam ſtentoriâ dicacitate Hæreticorum inſtar levare contendit. Ideò exercitium Rhetoricum, apud Tyrones experiretur, quid verbis etiam in cauſa iniqua poſſet, edidiſſe, eruditis palam eſt. Videamus autem, annon colores aquei veri examinis Spongiâ ſubitò evaneſcent. Loquaculus eſt, non ut vincat, ſed ut plauſum in plebe, & fucum inter ſuos acquirat. Deliberavi, utrum reſpondere eloquentiæ candidato debeam? Cùm ſe ità felicem ingenio, & velocem calamo debuccinet, ut nec dimidii menſis plenum ſpatium in

ſuo Rhetoriciſmo conſarcinando inſumpſerit: timendo ſanè, nè me fortè tomis obruat. At jactabundus non profundus eſt. Quod citò fit, citò perit. Eſt quidem hactenus Anonymus ille partus, qui ſcandalum cauſavit toti Eccleſiæ, binô Apologeticô, in vindicias primum *Statûs Apoſtolici*, dein *S. Ordinis Benedictini*, ac per conſequens, etiam aliorum ſacrorum cætuum, ſatis ſuperque confixus, ità ut impoſterum absque ulteriori ſtrepitu, pax & ſilentium in domo dei interminiſtros invaluiſſet; at quoniam novus homo *Jeſuita Pragenſis* ſuorum gloriâ ebrius, eloquentiâ turgidus, & faſtuoſus, rurſus lituum inflare, bella reaccendere, ſociorum catervas ad prælia ciere, affectatos, inſulſoſque Petrinorum Patronos proclamare, ſuper margaritas & aurum, libellum *cura ſalutis*, recommendare non ceſſat, reſumendus animus, ac fortiùs reprimendus Adverſarius. Univerſis autem notum, teſtatúmque eſt, neminem *Societatem JEſu*, ſeu *S. Ignatii* inſtitutum, à *Sede Apoſtolica* approbatum, pium ac Sanctum, arrodere, aut adhinnire. At quoniam ſubinde quidam homines in eo viventes, vices diſciplinæ ſuæ non æque obſervantes, nec ſe ei vitâ moribusque conformantes, in varias mundanæ Sapientiæ, & nedum ſæcularibus licitas praxes prolabuntur; Superbiâ, invidiâ, avaritiâ, ac alios ſuplantandi, vilifaciendi, ac ruinandi modis, ſacris cætibus ſuprà modum graves, ac penè intolle-

tollerabiles fiunt ; inde nemini mirum ; si plures pii, ac docti Viri ejuscemodi excessus, cum delatione ad eorum superiores nihil efficiant, calamis animadvertant. Porrò socii mali, ut primùm tali via se tangi vident, sub totius Societatis labarum subitò sese abscondentes, ubique buccinant, *societatem peti, societatem infamari!* quasi Christiani mali à verbi dei præconibus coërciti, justè vociferari possent, *Ecclesiam Christianam prostitui. Malis Christianis succenset, ergò injurius est toti Ecclesiæ. Malis Jesuitis veritatem dicit : ergò hostis est totius societatis ;* utrobique pessima consequentia. Nimirum à suorum prætensa gloria exoculati, religiosæ carent humilitate, quæ fundamentum est veræ Sanctitatis. Inde in magnis & mirabilibus suprà se ambulantes, suorum errores videre, atque imaginatæ suæ gloriæ umbras causare formidant. At ecce veniet tempus, quô omnibus occultata patefiat hypocrisis. Certè libellus, *cura salutis*, sub frivolo deliberandi de vitæ statu methodo, subdolam socii illius, ac similium superbiam, aliorum verò sacrorum cœtuum, etsi meliùs diutiusque de Ecclesia meritorum grande vilipendium sarcasticam, ac etiam ignominiosam explosionem toti mundo palam facit. Quapropter *Benevole Lector* æqui bonique consule, si ego, qui notas nuper ad dialogos Apologeticos *A. R. Domini Huffenwetter* adjunxi, posthumum quoque partum ejus, in Inclyti,

ac Principalis Ecclesiæ statûs vindicias, à fuligine obtrectantium depurem, ac nitori restituam. Est & *SS. Augustino, Norberto, Bernardo, Dominico, Francisco &c.* Singulis speciali Apologeticô suus asserendus, ac restituendus honor.

Prologus.

AD te nunc Modeste, minimè quidem modestum, mea se convertit oratio. Tuô pruritu, ac fastu factus es errantium πρόδικος. Goliathum devicit David: ego te armigerum ejus. Sæcularem te fingis? sed vide, quàm ineptè. Quis te in Clericorum judicem constituit? *ut vacans sæculo, & omnem Ecclesiasticum ordinem nesciens, in alienum honorem ambias immoderata cupiditate transcendere. c. 7. dist. 61. Et arg. c. nullus Laicus. dist. 63.* Et in res Clericales ad te minimè pertinentes contra c. *bene quidem. dist. 96. cap. decernimus. X. de jud.* temerariô ausu immiscere. Et id quidem eò turpiùs, quo neglectâ propriæ domûs curâ stultior *Morychô*, aliena curas. Annon campum, si negotiosus es vis, sat spatiosum habes, in defendendo tuo proprio Laicali statu, quem magis quàm alios autor Anonymus in sua cura salutis conspurcat. Modestius igitur, nè dicam religiosiùs fecisses, si tacuisses, & silendo exasperatæ causæ remedium quæsivisses.

visses. Sed quia te prùritus scribillandi, & imaginata tuorum gloria in æstrum concitat: en ordinatam aciem adversum te. Et attende, nè dum fortiter premere putas, tuum proprium elicias sanguinem. Non fidas dicacitati, qua te jactas, nec putes tuo Apologetico ùtùt verboso & fastuoso, satis feciisse eruditis. Ulcus non premis, sed lingis. Pauca coactâ arte dixisti multis: ego verò multa dicam paucis. Ideò Laconismô te alloquar.

Titulus Primus.

Respondetur ad Modesti Taubengall tria prima capita, nomen, nativitatem & vitam Autoris libelli cura salutis, nec non originem controversiæ, magnis ructibus notantia.

ANte omnia tibi Modeste visum est, ut causæ tuæ cæterùm deploratæ primô statim ductu colorem aspergas. Igitur Autoris nomen (qui libellum *cura salutis*, petram scandali in lucem produxit) nec non vitam, & merita ejus, velut pretiosa ordinis tui cimelia scitissimis eloquentiæ incrustaturis, orbi literato palam facere incubuisti. Virum Societatis capitalem, absolutæ perfe-

ctionis, ac literaturæ, qui centum & ultra grandes tomos in folio • heu! de hiſtoria Eccleſiaſtica *Hungariæ* conſcripſerit; additis aliorum, quà privatorum, quà publicorum encomiorum plurimis, credulo vulgo deprædicas. Nolim ego in hæc indagare, nec mei inſtituti eſt. Id verò mihi ingentem fidem deſiderat, eum tanta ſcripſiſſe. Cùm enim homo ultra quadraginta annos in Societate non vixerit, omni annô ſtatim à novitiatu tres grandes foliantes ſcripſiſſe neceſſe eſſet, quod *credat Judæus Apella*. Inde in cæteris quoque narratis fidem vacillare, plures non abs re advertunt. At conceſſerim tibi interim liberaliter omnia! inde ne cauſam tuam Modeſte, aut partum Autoris juſtificas? minimè verò. Non fulgor natalium, non fucus vitæ, non prætenſa gloria, doctrina, quid juvant ad exculpandam ſcriptionis exorbitantiam: dicente Aſcetarum Stratego *Thoma à Kempis: non quis dicat, ſed quid dicatur attende.* Etiamſi Angelus de cœlo veniens, evangelizaret, & id quidem eſſet Scandaloſum, non attentâ dicentis autoritate, dicti perverſitas Apoſtolico *Galat. I.* ſubjiceretur anathemati. Etenim hæc omnia ad juſtificationem ſcandaloſi libelli, totaliter extrinſeca, & impertinentia prorſus ſunt. Quæ ut meliùs intelligas, taliter ratiocinor. Tantus & talis Vir fuit; ergò alios per ſarcaſmum traducendo, eorúmque defectus, typis mandando rectè fecit? ergò licuit ei anti-

antiquiſſimos, & meritis fulgentiſſimos ordines ſub ſpecioſo curæ ſalutis titulo ludibrio exponere? ergò juſtè potuit novitii inſtituti ſui conopæum ſuper aliorum injuriosè transfixorum cætuum cadavera exaltare? Certè equidem, ſi Autor unà cum ſuis centum & ultra grandibus MS. Anecdotorum Codicibus in ſtatera appendatur, reſpectu audaciæ hujus libelli invenietur minus habens. Audias *Melliflui* Sententiam *Serm.* 2. *in Feſt. S. Mich. Siquis eſt, qui ſcandala ſuſcitat, in hac domo, in hac Sancta, deo placita, & Angelis ejus admodum grata, ac familiari congregatione, ëxpedit ei, ut ſuſpendatur in collo ejus mola aſinariâ, & pro ſuavi jugo, & levi onere Salvatoris, gravi mole terrenæ cupiditatis, humeris ejus impoſita, demergatur in profundum maris, hujus magni & ſpatioſi manibus, quod eſt ſinè dubio ſæculum nequam.* Nec eſt auditum à Sæculo, nec ab incunabulis militantis Eccleſiæ perceptum, ut hujuscemodi ignominioſus deliberandi methodus, teneris juvenum mentibus, ab aliquo fuiſſet propoſitus, minùs publicè editus; cùm tamen omni ævo abſolutiſſimæ Sanctitatis & doctrinæ prodigia in Eccleſia Dei viguerint. Si dixeris *S. Hieronymum* epiſtola ad *Ruſticum*, jam tum vitæ eligendæ deliberationem prudenter inſtituendam pluribus oſtendiſſe. Ajo ſolius monachi formam edidiſſe, & id non per aliorum ruinas, ut tuus Anonymus, qui reliquorum funeribus immortalitatem ſibi adſciſcere connititur,

nititur, ſed per modeſtiam & ſuavitatem. Audi enim quantâ attentione & reverentia, de aliis ſtatibus S. Pater Sentiat: *Si clericatûs* (inquit) *te titillat deſiderium, diſcas quod poſſis docere, & rationabilem hoſtiam offerre Chriſto, nè miles antequam Tyro, nè prius Magiſter ſis, quàm diſcipulus. Non eſt humilitatis meæ, neque menſuræ judicare de clericis, & de miniſtris Eccleſiarum ſiniſtrum quiddam dicere.* Et infrà: *Sancti ſunt clerici, & omnium vita laudabilis. Ità ergò age, & vive in monaſterio, ut clericus fieri merearis.* Quàm diſpares Anonymi motus, immenſa turpiſſimarum imperfectionum pondera è libello, velut è catapulta per omnes cœtus, audaciſſimè evibrat: atque imbellem juventutem ad hæc difficultatum monſtra impalleſcentem, confeſtim in Jeſuiticum ordinem *B. Aloyſii* ſolutionibus perfectiſſimis religionibus immatriculatum, vulcaniis quaſi vinculis rapit & abducit. Hi accipiunt mercedem ſuam in vita, ulterioris præmii exortes. Ac nemo ex eis dicit ſufficit, ſacrilegi, ſimoniaci. Iſti vitam vivunt otioſam, adeóque vitioſam, infarciunt ſe cibis, & ſuis ſtudent commoditatibus. Hi ſtudiorum, & talentorum nullum habent uſum, nec ea æſtimant. Iſti ambitione ſunt tantâ, ut per gradus & exemptiones jubilatorum plurima oriatur invidiâ, ac mentium amaritudo &c. Sola verò ſocietas maximè accedit ad ſimilitudinem vitæ Chriſti, qui eſt regula perfectæ virtutis, & ad docendum, concionan-

eionandum; ſaluti animarum conſulendum labores & ſtudia confert, nec in ea præcenſiti nævi, ut in aliis ordinibus reperiuntur. Ergò & illa ſola eſt religio perfectiſſimá, & per conſequens tibi, ô! Adoleſcens eligenda & ſequenda. At audiamus *Melliſluum Serm.* 1. *de fallacia vitæ: Erraverunt in ſolitudine in inaquoſo, viam civitatis habitaculi non invenerunt. Solitudo hæc ſuperborum eſt, quia ſolos ſeſe reputant, ſolos appetunt reputari. Solitarii ſunt, ſed erronei. Errant in ſolitudine ſua.*

Et certè errat in ſolitudine ſua Anonymus, & ſolus cum *Goliath* exprobrare præſumit agminibus *Iſraël*, ſpecioſis de vitæ ſtatu deliberandi armis exultabundus progrediens, & en! quia ſolus eſt, dicit ei dominus: *Væ ſoli. Eccl.* 4. quoniam *infixus eſt lapis* (confuſionis) *in fronte ejus, & cecidit in faciem ſuper terram.* 1. *Reg.* 17. *& non habet ſublevantem ſe.*

Titu-

Titulus Secundus.

Refutantur capita à IV. usque ad XXI. & demonstratur Anonymum ità mente de sacris cœtibus sensisse, sicut scripsit, & sub specie malevolorum sua propriâ sentimenta, & absoluta judiciâ effutiisse.

NUnc durior tibi imminet conflictus Modeste, & acutior te configit gladius. Clamore venas rumpis, & per plura capita apertis tibiis vociferaris. Ea quæ Anonymus contra sacros cœtus in suo libello objecit, non esse *assertiones*, sed *considerationes*; non eum hæc sentire, sed ab hominibus passim contra religiosos ordines objici solita, proponere. Denique esse *considerationes problematicas*, id est rationum pro & contra occurrentium expositrices, non autem esse *assertivas*, seu tales, quæ vel à proferente affirmentur, & credantur, vel aliis ùt affirmandæ aut credendæ proponuntur. Et idipsum toties repetis, ac ità sæpe inculcas, ut vix non columnas rumpas; sed unde tu hoc probas? Autorem hæc non sensisse, non animô judicâsse: unde? nusquam. Semper asseris, quasi tu menti autoris insedisses, sed nunquam ostendis. Imò si omnes socii tui convenirent, hanc mentem fuisse Autoris, pro-

bare non poſſunt: maximè ſi contrarium poſitivè, ùt brevi videbimus, luce meridianâ clariùs eniteat. Optimè autem Autorum mentes, juxta Scholarum communem, & receptam praxim, aſſequimur, ſi in loco ancipiti unius libri, ad alium ejusdem Autoris librum, in eadem materia recurſum ſumamus, Argum. eorum, quæ doctores congerunt paſſim ad *L. in ambiguis. ff. de divers. Reg. Jur.* Jam verò Anonymus, etſi in libello *cura Salutis*, & objectionibus illis contra Statum Petrinum, aliósque cœtus, ore malevolorum loqui videatur: quaſi ille id non ſentiret, ſed alii paſſim ità de cætibus ſacris garrirent. Verùm ecce quia in alio ſuo partu, *nempe cura habituati*, in eadem materiâ, conſuetudine nempe vivendi in ſtatu Petrino, & aliis ordinibus clariſſimè mentem ſuam aperit, quòd videlicet in priori ſit *ingens cibi potúsque abundantia, grandis in corpus indulgentia &c.* in reliquis *vita præter miſſam & chorum perpetuò otioſa &c.* nullatenus manet dubium, nec contrariô argumentô retundi poteſt, quin Autor Anonymus, livore talidus, omnino animo ità conſtitutus fuerit, ut reipſa ſicut in objectionibus ſub prætextu malevolorum effutiit, taliter de Petrino ſtatu (idem ſit ſemper de reliquis ordinibus) ſenſerit. Nè verò ullum effugium habere queas, ipſa verba Anonymi ex ejus opuſculo hic ſubnectimus:

Cura

Cura Habituati

Sive

Peccati Exterminium

Per

Decem dierum Veneris Christi crucifixi, dolorosæ Virginis, SS. Ignatii & Xaverii honoribus instituendam solidam devotionem proposita.

Benevolo Lectori Animæ salutem!

Videns JEsus civitatem flevit super illam prævidens, quomodo eam inimici circumdabunt vallo, deformabunt, capient, diruent &c.

Salutis tuæ Amantissimus

G. H. S. J.

Deinde *fol.* 223. usque ad *fol.* 225. sequitur talis contextus & rubrica:

„Vana spes emendationis in dilatione usque „ad ordines Sacros vel ingressum religionis.

„Non tardes converti ad dominum, & nè „differas de die in diem. Eccl. 5.

„Sunt & utinam pauci, qui vitam non modo laxam, sed etiam sceleribus addictam „ducant, qui si vel ab interno conscientiæ „remorsu, vel Viro Spirituali vitæ melioris admo-

„ admoneantur, reponent: tum seriam se in-
„ choaturos emendationem, cùm sacros or-
„ dines susceperint, aut dum spreto mundo
„ statum religiosum amplexi fuerint, nec ad-
„ vertunt miseri, pessimi dœmonis astutissi-
„ mam esse hanc suggestionem, ut istâ spe
„ lactatos in malo contineat, ad peccatorum
„ consuetudinem inducat, qua contractâ vel
„ vocationem ad ordinem religiosum amit-
„ tant, vel inhabituati ad eundem inepti,
„ & inhabiles reddantur. Qui de proxima
„ hora, vel die crastino certus non es, an
„ eum supervicturus sis, unde tibi tam fir-
„ ma spes, & certitudo, te ad ordines, aut
„ religionem perventurum? Quid si prius te
„ mors occupet? Quid si Deus in scelerum
„ tuorum pœnam vitæ citiùs filum rumpat,
„ ubi tum manebit emendatio? ubi salus
„ æterna? Vocatio ad ordines, vel religo-
„ nem debet esse à Deo, aliàs sibi ad interi-
„ tum, non salutem viam pandet, quod quia
„ multi non examinant, utinam pauci reli-
„ giosi, aut Ecclesiastici pereant. Vocatio est
„ magnum Dei donum, & lumen, quod da-
„ re non solet, nisi valde dilectis, & quomo-
„ do tu speras, te illud habere, aut obtine-
„ re, si non cures, esse in continuo ferè
„ odio Dei.

„ Vide nè te amor proprius, aut huma-
„ na quopiam ratio seducat, audi gravissi-
„ morum Virorum hac in re mentem, qui
„ peccato assuetus, nec religionem ingredi,

„ minus ſtatum Eccleſiaſticum aſſumere tu-
„ tò poſſe credunt, judicant tales ad perdi-
„ tionem, & animæ ſuæ perniciem propera-
„ re, faciliùs ſalvandos in ſæculo, quàm in
„ ſtatu Eccleſiaſtico, vel religioſo, niſi prius
„ anni unius, vel minimum medii ſpatio à
„ pravæ conſuetudinis exercitio plenè & con-
„ ſtanter abſtinuerint. Nihil fieri poteſt im-
„ prudentius, quàm quòd in re tanti mo-
„ menti, quanti eſt ſuſceptio ordinum, vel
„ religionis, prius ſe reſolvant futurâ ſpe ani-
„ mati, antequam experientiâ didicerint,
„ quid poſſint? monoculi ſunt: emolumenta
„ vident, quæ illis hic vel ille ſtatus appro-
„ mittit, pericula verò animæ, quæ illic la-
„ tent non attendunt. O! miſeri & incon-
„ ſulti, quid prodeſt tibi totâ vitâ de victu,
„ & amictu absque tua cura proviſum iri?
„ Quid prodeſt ſpem promotionis tibi aperi-
„ ri? imò quid prodeſt, etiamſi mundum
„ univerſum lucreris, ſi animam perdas.

„ *Habituatus in Eccleſiaſtico ſtatu heu, quàm*
„ *periculosè conſiſtit! licet ſe velit emenda-*
„ *re, licèt ad tempus emendet, facilè recru-*
„ *deſcet malum: arbores per hyemem aridæ*
„ *ad novos calores iterum germinant. Quot*
„ *non in ſtatu iſto occaſiones? quàm promi-*
„ *ſcua converſatio? imò & cohabitatio:*
„ *quanta cibi & potus abundantia? Quæ non*
„ *in corpus indulgentia? bis adde conſuetu-*
„ *dinem, & quid ex bis expectandum? Sed*

„ *nec religionem tali, nisi asperam admo-*
„ *dum, quis tuto suaserit? secum fert car-*
„ *nem, & sanguinem, id est tentationes, &*
„ *occasiones secum habet. Illa ipsa cellæ so-*
„ *litudo, illud tædium vitæ claustralis mul-*
„ *tùm incitat ad illicita. His adde illud*
„ *(dempto choro) perpetuum fere otium.*

En nunc Modeste! hic habes in ultimis duobus numeris, aurô, gemmisque pretiosiores gnomas, atque positivam & absolutam tui Ascetæ mentem, mentísque publicam assertionem, qua sicut sentit de statu Petrino, ità edisserit & statuit: ex promiscua nempe mulierum cohabitatione, quæ nullatenus regulari possit, nec soleat; ex delicatissima cibi potúsque abundantia, quæ sinè lege & modo obtinet; ex turpissima demum in corpus indulgentia, qua Petrini velut in limo profundi, submersi sunt; grandia luxuriæ, & aliarum abominationum sequi propudia, & per consequens peccatorem inhabituatum, nec debere, nec posse usque ad susceptionem hujus statûs pœnitudinem differre, ni gravissimum, & ineluctabile animæ velit incurrere periculum. En! elegantem sanè Ascetam, de quo bellè S. Hieron. Epist. ad Rustic. *Sanctum se putat, si cæteros laceret. Accusamus sæpe quod facimus, contra nosmetipsos disserti, in nostra vitia invehimur, muti de eloquentibus judicantes.* Nec hic sub malevolorum pallia, aut problematum Syparia, nec

consideratiónum velamina refugere potes Modeſte! Autor enim hoc in loco poſitivum perſuaſorem agit, & veras certásque (ut ille putat) rationes adferre laborat, quo peccatorem inhabituatum abſterrere nititur, nè conversionem usque ad ſuſceptionem ſtatûs Eccleſiaſtici differat, quod ut præſtet, periculoſiſſimam ſtatûs Eccleſiaſtici conditionem aſſertivè profert, & ſicut ſentit, ponit. Cùm enim verè abſterrere velit peccatorem inhabituatum à dilatione pœnitentiæ, uſque ad ſuſceptionem ſtatûs Eccleſiaſtici: etiam veras, certas, & indubitatas credit ſe adferre cauſas, quas animo omnino ſic ſe habere judicat, ſicut profert. Secus enim inanis illius foret conatus, utpote ex non cauſis, certum conversionis effectum elicere tentans. Igitur Anonymus majori ſemper gloriâ non Dei, ſed ſui inſtituti vehementer intoxicatus (ut plerique hodierni Jeſuitæ eſſe ſolent contra expreſſam conſtitutionem *S. Ignatii* ſe, ſuósque ſocios minimos vocantis) animô induxit, eminentiam illam imaginatam ſuper alios ordines ſenſibiliùs explanare. Non poſſe autem autumabat plauſibiliùs fieri, quam ſi reliqui ordines imperfectionum, graviúmque excellúum vinculis colligati in triumphum agerentur. Celaret livorem, ac in occultis valentiùs ſagittaret immaculatum, firmavit ſibi ſermonem neſquam, nunc ſub *cura habituati*, nunc *cura ſalutis* exprobrans agminibus Iſraël. In libello

prius

prius edito *cura habituati* indixit certamen paucis quidem, at ſignis certis & indubitatis. Cui dum ſe nullus opponeret, audentior redditus, altero libello *cura ſalutis* manifeſtam oſtendit aciem, atque ut pro conceptum ictum fortiùs vibraret, atrorémque livoris agibiliùs evomeret, ſub malevolorum, invidorúmque phalanges objectionibus, velut olim Phariſæi inter turbas, inſiſtendo ſe abſcondit. Prius ait: *Quot non in ſtatu iſto* (Petrino) *occaſiones? quàm promiſcua converſatio, imò & cohabitatio?* en libidinem omnes proſtituentem, & certitudinem, qua nullum maneat dubium. Et magis dein inter turbas malevolorum prælia concitat: *Plurimi demum damnantur Sæculares ob vitia carnis, ſed in his longè majus periculum imminet Eccleſiaſticis. Tum quia easdem cum ſæcularibus occaſiones habent, tum quia non habent remedium incontinentiæ licitum, utì ſæculares. Accedit, quòd hæc peccata in ſacerdotibus ſint longè graviora, utpote Sacrilegia ob votum caſtitatis ordinibus ſacris annexum.* Prius dixit: *quanta cibi & potûs abundantia, quæ non in corpus indulgentia?* En! abſolutam & univerſalem gulam, qua nullus excipitur, nec de veritate dubitatur. Inter turbas dein æthera planè verberat: *Libertas pro lubitu vivendi, perpetua cum ſæcularibus converſatio, corporis com-*

moditatum abundantia, quotidiana cibi & potûs affluentia facit, ut Ecclesiasticus nihil nisi veste à sæculari differat. Inter hæc tum prava exempla, tum vitiorum illicia sanctè, & innocenter vivere, res est par miraculo. Unde certis vitiis assuetus centies faciliùs peribit in statu Ecclesiastico, quàm sæculari. De religioso itidem statu, prius effutiit: *Illa ipsa cellæ solitudo, illud tædium vitæ claustralis multùm incitat ad illicita. His adde illud (demptô chorô) perpetuum ferè otium.* Dein omnia mactat: 5. *Vita hæc commodior esse videtur, quàm ut sufficiat ad impediendas, vel vincendas tentatiönes, maximè apud illos, qui, quod Deus avertat, habituati eam assumerent.* 6. *Studiorum & talentorum nullus ferè usus, tum quòd hæc non æstimentur in cœnobiis, tum quod hæc in locis minus celebribus sita, occasionem iis utendi eripiant.* 7. *Vita præter chorum & missam otiosa: quæ facilè vitiosa esse solet &c.* Quid igitur in re planè clarissima probis opus est? dum perspicuè videmus utrobique Anonymum ità penitus esse comparatum, ut tam hic, quàm ibi absolutè, certè, & positivè non modò animo judicet, verùm & palam asserat, omnes eas turpitudinum notas, tam in Statu Ecclesiastico, quàm aliis Religiosis ordinibus actualiter reperiri. Eâ solâ utrumque assertum afficiente determinatione, quòd

in priori turpius à ſua propria perſona, in poſteriori verò à perſonis malevolorum ut inſolentiùs feriret, locutus fuerit. Nunc quid tibi ſupereſt Modeſte? nihil ampliùs, niſi ut te propriô pugione jugulem. Nonne *Cap.* 12. *Apologet.* voce ſuperas ſtentora: *Nota hæc duo Mellite, propoſitionis illas, ſi aſſertivæ ſint, eſſe cenſurâ illâ dignas, quam tuliſti.* Nunc ex ore tuo te judico. Affertivæ ſunt, niſi in meridie cæcutias, ergò cenſurâ dignæ omni illâ, qua infames *Pasquinii* & *Marforii* libelli de jure notari ſolent, meretúrque, ut à *S. Congregatione univerſalis Inquiſitionis* ad indicem librorum prohibitorum imponatur. Audi pœnam *L. Lex Cornelia. §. 9. ff. de Injur. & Famos. Libell. Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit &c. inteſtabilis ex Lege eſſe jubetur.* Et *L. un. Cod. de famos. Libell. Sanè ſi quis devotionis ſuæ, ac ſalutis publicæ cuſtodiam gerit; nomen ſuum profiteatur, & quæ per famoſum libellum perſequenda putaverit, ore proprio edicat, ità ut abſque ulla trepidatione accedat, ſciens quidem, quod ſi aſſertionibus ſuis veri fides opitulata, laudem maximam, & præmium à noſtra Clementia conſequetur: ſin verò minimè hæc vera oſtenderit, capitali pœna plectetur.* Denique attende conſtitutionem *Pii V. de libell. Famos. in*

7timo. Cùm igitur haud ità pridem in Urbe noſtra, ſecta quædam emerſerit hominum improbè curioſorum, qui quæcunque de publicis, privatisque negotiis, vel aliunde rimari poſſunt, vel ipſi etiam pro ſua libidine comminiſcuntur, domi forisque facta, infecta, vera, falſa, nullo diſcrimine proponunt, recipiunt, & ſcriptitant, harum rerum commentariolos, ex falſis plerumque vulgi rumoribus (per objectiones ore malevolorum buccinantes) *collectos huc illuc miſſitent. Nos qui & facilè proſpicimus, & rerum experimentis edocti ſumus, quæ quantaque mala ex eo proveniant, cùm & ſæpius ſparguntur falſa pro veris, ſeu directè, ſeu obliquè, ac quodam quaſi colore* (ſub methodo deliberandi de vitæ ſtatu) *quæſito, multorum* (imò omnium Sacrorum cætuum) *exiſtimatio & fama violatur: his ac talibus incommodis occurrere cupientes, hujus conſtitutionis autoritate prohibemus, nè quis impoſterum tales commentarios conficere, ſpargere, aut ad alios mittere audeat. Qui horum quid fecerit, ipsô factô perpetuâ ignominiæ notâ affectus, ſinè ulla ſpe veniæ ad triremes perpetuo, aut ad tempus pro criminis admiſſi qualitate damnetur. Romæ Kal. Sept. An.* 1572.

Agedum Modeſte, cùm Autoris nomen profeſſus effata ejus ſcandaloſa, infamia, & longè turpiſſi-

turpiſſima effreniter tueri, ac pro eis effuſo impetu ſcribere præſumas juxta *L. un. cod. de infam. Libell.* de jure tibi incumbit, ut eadem omnia in judicio Eccleſiæ legaliter probes, quo fiat, ut ſcandaloſa de ſacris cætibus tollatur ignominia, & potiſſimùm Socro Petrino germini, immania illa avaritiæ; *nemo enim ex eis dicit ſufficit*; Luxuriæ: *promiſcuè cum mulieribus cohabitant*; Gulæ: *quanta cibi, potúsque affluentia & in corpus indulgentiâ*; Simoniæ? *nunquam contenti, ſacerdotia altiora pretiô comparant*, & aliorum inenarrabilium ſcelerum affecta pondera, diſtrictione Eccleſiaſtici gladii abſcindantur, nè pars ſincera trahatur. Sin verò renuas, aut probando ſuccumbas, univerſi illi pœnarum legalium & cenſurarum Eccleſiaſticarum fluctus cervici tuo longè infeliciſſimo impendent.

Titulus Tertius.

Continuatur præcedens materia, & oſtenditur, quòd Anonymus non egerit confeſſarium, ſed turpem partialem ſocium, philautiæ vitiô laborantem.

QUo nunc appelles Modeſte, neſcio. Vides enim te omni præſidio nudum. Etſi eloquentiæ coloribus apud imperitum

ritum Scholarum vulgus iniquitatem cauſæ juſtificare contendas. Nunc majori turpitudine ſimoniæ aſceſeos viſcera patent, & ſubdolæ mentis technæ, aliorúmque contemptor animus in aprico verſatur. Sed nondum rei finis. Vidimus Anonymum perfectiſſimæ religionis ulcere languidum, & curaret infirmitatem, aliorum mortes adhibentem, nunc ſub *cura habituati*, nunc *cura ſalutis*: priùs ore proprio, poſteriùs verò ore alieno infamias, nævósque graviſſimos contra Petrinum ſtatum, aliósque ſacros cætus effundentem. Cùm enim ſaltèm fictæ religioſitatis ergò, omnia denigrationis jacula à perſona propria, in *cura habituati* ejectare non poſſet, haberet verò plenam iniquitatis pharetram, eandem alieno ad ſpeciem arcu (Jeſuitarum propriô more) proprio tamen impetu, tractuque in *cura ſalutis*, eò profundiùs, quo occultiùs, evibravit. Quòd verò tam in uno, ac altero loco, intentione ſibi ſemper par fuerit, ac nihil aliud utrobique intenderit, quàm conſperſis, enectisque infamiæ tabô ſacris cætibus, ſuam vivendi normam, etſi multò leniorem, laxiorémque perfectiſſimæ religionis diademate exornatam, velut Catholicæ Eccleſiæ inæſtimabilem margaritam, venditis omnibus, id eſt relictis aliis inſtitutis univerſis, emendam, ſequendámque oſtentare; palpabiliter evincitur ex enormibus partialitatibus, quas in *cura ſalutis*, miſerrimè admiſe-

rat,

rat. Eas igitur ſub brevitate hic percurrimus, quatenus earum eruderatio ita neſcientibus fiat cognita, ut tamen ſcientibus non ſit oneroſa.

Partialitas Prima. Fruſtra crambem inculcando recoquis Modeſte, dum repetitis vicibus clamas, confeſſarium indifferentem eſſe, ac rationes pro & contra proponere debere, nihil per ſe ſtatuendo, & determinando; ecce enim quàm peſſimè hoc idem obſervaverit tuus Anonymus, quando in limine ſtatim ſuorum problematum turpi impingens partialitate, partem ſuadentem leviusculis, ac nedum in conſiderationem trahendis ratiunculis veſtit, econtra partem alteram robuſtiſſimis apertarum turpitudinum triariis formidabilem, imò invincibilem imbelli juventuti reddit. Et hoc quidem, quo ad Statum Petrinum ac reliquos cætus preſſiſſimè obſervat. Dum verò ſocietatis ſuæ momenta comparent, ſubitò mutatus ab illo Hectore, motiva gravia, grandiáque in partem ſuadentem plenis volis compellit: è Sanctorum tabulis effata, vera an falſa ſint, quid refert, in aciem ordinat, ac tela per contrarium evibrata plenô ſcutô ſcitiſſimè elidit, & reſolvit. Ut in diſco rem videas. En *N.* 1. ait: *Statum Eccleſiaſticum eſſe viam mediam inter religioſum & ſæcularem.* At contra *N.* 2. *Majora habere ſalutis pericula, quàm ſæcularem. N.* 2. *Reddit Statum Eccleſiaſticum digniorem monaſtico ab regimen Eccleſiarum.*

Contra

Contra *N.* 11. *Deturpat illum oblivione curæ animarum, cum ſucceſſione curæ commoditatum, adjectis ambiendi pruritibus ad altiora, cum frequentibus Simoniæ criminibus. N.* 3. *Ponit occaſionem multorum bonorum operum*, quæ poteſt Eccleſiaſticus exercere, dando eleemoſynas, & extruendo Jeſuitarum collegia. Contra *N.* 2. ob ingentem avaritiam, *nemo ex eis dicit ſufficit.* Ad vitia carnis *majus illis periculum iminere* clamat, quàm ſæcularibus. *Recipiunt*, ait, *bona in vita ſua, & inde non habent ſperandum præminm cæleſte. N.* 11. *Commendat Statum Eccleſiaſticum, quod habeat neceſſitatem bene vivendi.* At contra *N.* 9. cuncta mactat: *quia caret vigilantia ſuperiorum, exemplis fratrum, communicatione meritorum in vita, ſuffragiis in morte.* Et ità per totum tumultuatur: Pari verbere cæteros cætus ſterneus. Quàm mutatô obtutu verò ſuæ Societatis incommoda, ad Numerum 6tum tundaxat aſcendentia referat, quàm ea levi geſtu, preſsâ voce, fracto verborum, ſententiarúmque inceſſu producat, nè ſcilicet pondere partem ſuadentem inclinent, cui conſideranti non pateret? dùm legit: *In ſocietate quidem portam dimiſſioni apertam*, at verò contra *non niſi ob graviſſimas cauſas. 2do Speciale votum non admittendi dignitates* (ſinè quo voto alii ordines non inhiant dignitatibus, hi autem inhiant cum voto) ingenti compenſat humilitate. *N.* 3. *Religionem eſſe exoſam* (id eſt Religioſos ultra religionis ſuæ inſtituta alas extenden-

tendentes) contra *Christo* comparatur cum centone sacrorum textuum divinitùs, ùt piè confidit, revelatorum. *N.* 4. *Intensa studia* (fortè placendi Regibus & Principibus) & *grandissimâ puerorum doctio*, largiter exsolvuntur, dum ea *omni choro* (quem Jesuitæ semper cane pejus & angue oderunt) ac ipsâ etiam oratione meliora, Deóque adeò gratiora promulgantur. *N.* 5. *Recentiâ & mollities Societatis*, contra longè superatur à *religione perfectissima. N.* denique 6*to Exotica Societatis* respectu aliorum ordinum, contrà certissima revelatione *S. Ignatii* rectificantur &c. Annon hæc omnia in eum finem ità subdolè extorneata sunt, ut adolescentes visis aliorum ordinum gravissimis incommodis, & respectu partis suadentis minimè in considerationem trahendis, Societatis verò viam ab omni offendiculo planam, ad eandem subitò velut visco rapiantur.

Partialitas Secunda. Religiosum statum solùm in genere refert, non descendendo ad individua. Pro Societate verò sua, generalitate illâ non contentus, ad individuum descendit, quasi satis non fuisset sub Religiosi Statûs nomine etiam Jesuiticum institutum comprehendi. Quid opus erat insinuato genere, de uno individuo specialiùs differere? nisi quia illud individuum, aut in genere non comprehendatur, aut particularem singularitatem habeat. Et certè ea, velut morbus sonticus fatigaverit Autorem, nempe *perfectissimæ*

simæ religionis Symtoma, & *vita simillima JEsu Christo*; Eja igitur aliæ Religiones eô careant, nec vitæ JEsu similes sint: itaque nec Jesuiticum Institutum eo gaudebit, aut religiosi Statûs titulo vacabit? Partialitatem hanc magis animadvertes Modeste? ex summulis tuæ philosophiæ. Ubi si asseras in genere: *terminum esse extremum propositionis*: quid opus est, afferre momenta, qualiter terminus significativus sit extremum propositionis? Sic si dixit Anonymus momenta pro statu religioso in genere amplectendo, vel relinquendo, quid opus habuit cum sui instituti speciali persuasione ad medium irruere? obtinentè effato juris: *multa expressa nocent, quæ non expressa non nocent.* Nisi quia nimiô rerum domesticarum amore obcæcatus, philautiæ vitio laboraret, ut rectè dici queat: *Singularis ferus depastus est eum.*

Partialitas Tertia. In aliis cætibus producendis egit Anonymus solum, & nudum *confessarium*, eorum commoda & incommoda problematicè, ùt ait, efferendo, & nihil objectorum solvendo. At verò dum vexillum Societatis super capita aliorum animô jam semel pessimô evibrandum constituisset: præter munus confessarii enunciatis Societatis commodis & incommodis, se etiam in munus *historici* impertinentissimè ingerit, fingendo solutionem objectorum contra Societatem positorum ore *B. Aloysii.* Et ideò sequitur

Par-

Partialitas Quarta. Quòd, ut poſſet objecta adverſus ſuum inſtitutum poſita, ad pacandos candidatorum animos ſolvere, & per conſequens eos ab aliis averſos ad ſe attrahere, finxit *B. Aloyſium* ad Societatem amplectendam NB. *determinatum:* Ut hac figura nequitiæ objectiones contra Societatem juxta votum poſſet diluere, & ſolvere; Dum tamen nihil ſimile ergà alios cætus egerit: ſed eorum incommoda absque ullius *determinati Candidati* ſcena, inſoluta reliquerit. Niſi autem partialitatis turpiſſimæ vitiô laboraſſet, debuiſſet idipſum in aliis cætibus præſtare, quod in ſua Societate, aut ſuam Societatem ſpecialiter non inducere. Si enim pro ſua Societate determinatum invenit *B. Aloyſium:* ità pro Statu Petrino invenisſet *S. Franciſcum Saleſium*, pro Benedictino *S. Placidum*, pro Præmonſtratenſi *S. Adrianum*, pro Ciſtercienſi *S. Bernardum*, pro Dominicano *S. Thomam*, pro Franciſcano *S. Bonaventuram*, & pro aliis alios. Et ità non ſolùm pro ſua Societate, ſed & pro aliis utrumque munus, & Confeſſarii, & hiſtorici obſervâſſet ſinè partialitate, & amore domeſtico, nunc verò in laudem aliorum unicâ, eaque lacerâ indutus eſt tunicâ, in extollentiam verò domûs propriæ, ſplendidiſſimè veſtitus apparet duplicibus, munere videlicet confeſſarii, ac ſimul hiſtorici. *Væ*, autem, *duplici corde, & peccatori terram ingredienti duabus viis.*

Par-

Partialitas Quinta. Quæ è superioribus effluit, quòd nempe nullius cætûs adstructas etsi gravissimas, & injuriosas valde objectiones, velut : *nemo ex eis dicit sufficit : Vita præter missam & chorum otiosa :* nè in minimo resolverit, aut diluerit, id ipsum tamen scitissime pro sua Societate præstiterit, quin imò è limite confessarii usque ad historici, saltu certè maximo & ideò indecoro transiliendo. Cùm tamen profectò summè attendere debuisset, nè in re tanti momenti partialitatis labem incurreret. At

Clamas hic ad ravim Modeste : non esse munus confessarii *problematicè* agentis, sed doctoris *dogmaticè*, ut obstacula amoveat. Id adolescentibus incumbere, ut sibi objecta dissolvant. Sed quàm impossibili conatu imbelli juventuti, id intollerabile onus imponas, quo tui Ascitæ pondera subleves, nemo in orbe non videt, agnoscis enim ipse fol. 200. illius ætatis infirmitatem, dum ais: *Juvenes, qui & ætate, & experientia parùm pollent, tantâ ipsâ perspicaciâ, aut providentiâ non sunt, ut marte suo omnia ejusmodi pro & contra occurentia, aut videre, aut observare* (à fortiori sibi ipsis resolvere) *valeant.* Igitur tuo te pugno cædis. Et profectò juvenis inclinabit toto conatu ad eam religionem, cujus incommoda tam dextrè videt dissoluta ; absterrebitur verò procul ab ea, quam tot iniquitatibus animadvertit esse gravatam. Sed, *si bene libellum inspexeris*, inquis

fol.

fol. 129. *nullam invenies objectionem contra alios Status propositam, quæ non alio loco vel expressè, vel implicitè & æquivalenter solvatur?* Idipsum superat capacitatem juvenum, & impracticabile, nè dicam impossibile illis est, ut disquisito, quô carent, judiciô, & grandissimô labore asserta tam infamia per libelli hinc inde disjecta rapsodias diluant. Cùm ea ætas sat difficulter capiat illa, quæ clarè & dilucidè proponuntur, in rebus sensibilibus, taceo moralibus, & salutem æternam concernentibus. Ut ut sit objectiones aliquas solutas inveniri, quæ Statum religiosum concernunt, nullibi tamen inveni objectiones solutas Statûs Ecclesiastici. Dic ubi solvatur? *Nemo ex eis dicit sufficit. Gradu suo non contenti semper ad altiores aspirant, & utinam hoc non frequenter fieret per Simoniam.* Ubi? *Plurimi damnantur sæculares ob vitia carnis, sed in his longè majus periculum imminet Ecclesiasticis.* Ubi falsificatio textus *S. Chrysosthomi? Non arbitror multos parochos*, id est *multos Sacerdotes salvos fieri.* Ubi? *Ecclesiastici ob sua obsequia spiritualia recipiunt hic mercedem, adeóque sinè dubio minus præmii à Deo accipient.* Ubi denique: *Licèt non tam aperta pericula status hic haberet, minus tamen præ religioso securus esset ad salutem, quia caret vigilantiâ superiorum, exemplis fratrum, communicatione meritorum invita, suffragiis in morte.* Hæc etsi gravissima, prorsus injuriosa, & scandalosa magis, quàm omnes aliorum sta-

tuum objectiones, nusquam à tuo Asceta diluta, minus soluta per contextum libelli reperio. Manet igitur decuplo injuriosior adversus Statum Petrinum (Petram ex qua excisus est) tui Ascetæ partus, quàm alios sacros cætus, quos velut contribules leviori insultu impetiit.

Partialitas Sexta, in eo versatur, quòd ad partem suadentem aliorum cætuum, maximè Statûs Petrini non modò levissimâ quædam congesserit, sed & à multa citatione Sanctorum Patrum penitus abstinuerit, nè ejusmodi autoritatibus juventuti pondus ad amplectendum S. Petri institutum adderet. Quàm primùm verò tubam Societatis inflat, extemplò inauditos boatus corrasorum testium detonat, nunc *S. Theresiæ*, nunc *S. Joannæ Neapolitanæ* effata buccinat, *S. Philippi Nerii*, *S. Francisci Borgiæ* oracula deprædicat, quinimò & Annales *Boverii*, censurâ *S. Congregationis Indicis* die 19. Novembris An 1652. notatos, adhuc gravissimô chronologiæ errore è latebris advocat: cuncta in aciem suadentem ordinat, ut juventuti formidabilis, ac pene insuperabilis appareat. Quàm ægerrimè hæc cohæreant, solidissimis argumentis, ex ipsius Autoris placitis ostendit *R. D. Huffenwetter Dialog. 5. à fol. 269. usque 274.*

Partialitas Septima. Nullum Statum alium, etsi plerique pluribus meritis in Ecclesia Dei insigniores, fervore pleniores, charitate ferventiores, à commoditatibus & interesse pro-

prio

prio depuratiores, perfectiſſimæ religionis titulo celebravit: Solam Societatem ſuam iniquus pro domo ſua Cicero vi pertracto *S. Thomæ Aquinatis* teſtimonio perfectiſſimæ religionis Albo inſeri juſſit.

Partialitas Octava. Ut augeret ruinas incommodorum in Statu Petrino, paucos ipſius Statûs, multos verò in Statu malè viventium nævos, velut vitia Simoniæ, luxuriæ gulæ in ſublimè extulit, quæ in ordine ad ſtatum, qui bonus & ſanctus eſt, nullam maculam adferunt. Econtra Societatis ſuæ pauca & levia incommoda adduxit, nulla verò vitia ſuorum, cùm tamen multa plura, & grandia nimis in Eccleſia Dei usque hodie ab iis perpetrata, ſi æquus arbiter fuiſſet, invenire potuiſſet.

Et hic tuus Modeſte, tam operoſis elocutiæ coloribus primo ſtatim capite ſatyrici Apologetici, ore hiante promulgatus confeſſarius eſt? oculati Jeſuitæ nomine ab Romanis (homo nec Romam vidit, ipſi Jeſuitæ Viennæ teſtantur) à te per fabulam productus? certè oculos habuit & non vidit. Juxta id Ven. *Thom. à Kemp. de imit. lib. I. c. 3. Grandis inſipientia, quòd neglectis utilibus, & neceſſariis, ultrò intendimus curioſis, & damnoſis: oculos habentes non videmus.* Profectò *Confeſſarium* (inquit ſublime Petrini Statûs decus *S. Franciſcus Sales. Introduct. ad vit. devot. p. I. c. 4.*) *inter decem millia tibi ſelige unum; pauciores enim, qui ad hoc munus idonei ſint, re-*

 perire

perire eſt, quàm dici queant. Confeſſarius plenus porrò ſit oportet charitate, ſcientiâ, & prudentiâ, harum partium una ſi ei defuerit, res periculô non vacat. Argô ſis oculatior, & has minimè virtutes in tuo Confeſſore reperies. Quàm exilem tenuit ſcientiam in Theologia morali, ſpeculativam enim vix attigit, in hiſtorio & chronologia graves admiſit errores, in notitia Patrum nihil poſſedit, niſi falſificatos textus. Prudentiâ caruit, dum ſuum inſtitutum novitium, & multò laxius veteribus ſuper axes cæli magnificare, ac omnibus aliis in Eccleſia Dei inaudito hactenus pruritu præponere feſtinavit. Charitatem dic ubi obſervavit? quando aliorum cætuum ingentibus meritis cumulatorum imaginata vitia plebi incognita per deliberandi methodum divulgare, eorum æſtimationi detrahere, Candidatos ab iis avertere, & modis omnibus odioſos orbi reddere turpiſſimè præſumpſit. *Inter decem millia* ait *S. Franciſcus Saleſius* vix unus ad hoc maximè arduum munus aptus eſt, apud tuos Modeſte, quilibet ſe ad id natum autumat; inde tot ad Reges Principesque importunæ preces (ut id honoris officium non tam ad ſalutem animarum, quàm emolumenta Societatis aucupanda, & formidabiles ſe aliis cœtibus reddendi) ab iis quaqua verſum emittuntur. Certè *Eminentiſſimus Cardinalis Pariſienſis* diu nuper renuit Jeſuitæ pro Confeſſario Regis ſe ſe inſinuanti jurisdictionem impertiri, eò

quòd

quòd ut publica dabant novalia die 20. Aprilis An. 1722. per Jesuiticas intricas Episcoporum jurisdictiones, ac totum sæpe Galliæ Regnum vehementi tumultu fuerit concussum, & turbatum. Nec modernus Confessarius Jesuita *Ducis Anjou in Hispania*, ascesi multùm consulit, Antecessoris sui clientes (noval. die 21. Sept. An. 1723.) in disgratiam Regis exiliúmque patriæ deturbando, & ità à confessionali in curiam se ingerendo. Planxit hæc vitia *Mellifluus homil.* 4. *super missus est*, propè finem, ingemiscendo : *Video & alios religiosos (quod non sinè dolore videri debet) post aggressam Christi militiam, rursus sæcularibus implicari negotiis* (statum politicum aularum indagando, testamentarios, proxenetas agendo) *rursus cupiditatibus terrenis immergi* (corradendo opes, emendicando favores) *cum magna cura erigere muros* (collegia, residentias, hortos) & *negligere mores* (id est suorum correctionem per disciplinam, & carceres) *sub prætextu quoque communis utilitatis* (augendæ potentiæ) *verba vendere divitibus, & matronis salutationes* (ob pinguia legata) *sed & contra Imperatoris sui edictum concupiscere aliena* (monasteria, seminaria, templa, latifundia) & *sua cum lite repetere, non audientes Apostolum ex Imperio Regis tubicinantem. Hoc ipsum, inquit, delictum est in vobis, quod causas ; habetis quare non magis fraudem patimini ? Itàné mundum sibi, & se mundo crucifixerunt, qui antea vix in suo vico vel*

oppido cogniti fuerant, modo circumeuntes provincias, & curias frequentantes, Regum notitias, Principúmque familiaritates (confeſſariorum munera examiendo) *aſſecuti ſint.*

Titulus Quartus.

Refutantur capita 21. 22. 23. *& eorum mendacia, & impoſturæ deteguntur.*

PEriti Chyrurgi, dum ulcus phlebotomô viſitant, tamdiu de vitalitate deſperant, quousque patiens, doloris ſigna non dederit, ùt primùm verò ululatu ſenſum præbuit, ſe ad vivum deveniſſe ſecurè autumant: Nullibi magis vociferaris *Modeſte*, quàm à *cap.* 21. Hic *Scarabeos*, *homines in fingendo locupletes*, *Rabulas impudentiſſimos*, *audaciſſima linguæ proſtibula*, *omnis religioſi officii*, *humanitatisque oblita* in furoris tui aciem ordinas? ut tui ipſius, & nominis tui penè videaris oblitus, etſi ad Lectorem jactites, *te modeſtiâ ſcribendi ſuperaturum.* Dic ubi *D. Huffenwetter* in eruditiſſimo ſuo, & ex vero Zelo ergà proſtitutum Scatum Petrinum procedente, ratione & autoritate firmato tractatulo, ejusmodi ſcommatum monſtra ex orci tenebris procierit? *Modeſtia* ejus *nota eſt omnibus hominibus*, qua bonô animô, *corripuit eos*, *qui reſiſtunt*

ſtunt veritati, nequando Deus det illis pœniten-
tiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant
à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipſius
voluntatem. Hic igitur tuæ infirmitatis ulcus
generoſiori tactu preſſum doles? pars affecta
palpata eſt, itaque apertis venis clamas, &
deliquio lectæ epiſtolæ *Beati Cardinalis Tour-*
nonii animam agis. Juvare te putas negan-
do, deſperantium ſaltus eſt. *Mi bone* (og-
gannis) *non ab Tournonio, ſed ab Tournonii*
phantaſo in tuo talium fœto cerebro exiſtente, non
ex Sinis, ſed ex Utopia ſcripta eſt, quàm recitas
epiſtola, calamô ùt in aliis multis, ſic & in hoc
mendaci, & calumnioſo. Ergò laudo Autorem
& juxta *L. 2. ff. ad exhibend.* experiundæ ve-
ritatis tibi publicam facio copiam. Veni
igitur *Modeſte Romam*, & in *via lata ad cur-*
ſum S. Mariæ invenies typis Italicis per *Fran-*
ciſcum Conzagam datum tractatulum ſequen-
tis tituli: *Relatio Pretioſæ mortis Eminentiſſimi*
& Reverendiſſimi DD. Caroli Thomæ Mailard de
Tournon S. R. E. Presbyteri Cardinalis, Commiſſa-
rii, & Viſitatoris Generalis Apoſtolici in Sinarum
imperio, aliisque Indiarum orientalium regnis,
cum facultate Legati à latere, & de iis, quæ illi
in ultimis quinque menſibus vitæ ſuæ evenere.
Romæ *MDCCXI.* Et inchoat:

„ Pretioſa ſanè Eminentiſſimi & Reveren-
„ diſſimi Domini Domini Cardinalis *Caroli*
„ *Thomæ Mailard de Tournon*, commiſſarii &
„ Viſitatoris Apoſtolici, in Sinarum Imperio,
„ aliisque Indiarum Orientalium Regnis cum

„ facultate à Latere Legati mors, An. 1710.
„ die verò Mensis Junii, de mane in civitate
„ *Macao* insperatò secuta, sicuti totum mun-
„ dum Catholicum, tum ad communem do-
„ lorem, ob ingens Ecclesiæ detrimentum ex
„ tanta Viri jactura, tum ad teneram cum il-
„ lo Venerabili Purpurato compassionem,
„ commovit, qui pro integerrima religionis
„ puritate, & purissima integritate, atque pro
„ clavium Apostolicarum auctoritate, im-
„ mensos heroica constantia exantlavit labo-
„ res, & cruciatus usque ad ultimum vitæ
„ halitum in carcere emissum; ità pariter pi-
„ am in fidelibus excitavit curiositatem cau-
„ sas, & circumstantias ejusdem distinctè co-
„ gnoscendi; Cumque de illis (utpote in pro-
„ cul dissita orbis parte transactis) exacta &
„ veridica facti species haberi non possit, ad
„ satisfaciendum tamen piò justoque deside-
„ rio, pro nunc, brevis isthæc exhibetur re-
„ latio, cujus veritas in dubium, nullâ ratio-
„ ne, vocari potest, cum tota quanta extra-
„ cta fuerit ex literis autographis illorum Mis-
„ sionariorum, qui successui adeò tragico
„ præsentes adfuêre spectatores. Ut autem
„ ex ungue leonem prudens & discretus le-
„ ctor cognoscat, per parenthesin præmittitur
„ Epistola Legati Apostolici, data ex Urbe
„ *Linchin* die 6. Octobris An. 1706. ad Episco-
„ pum Cononensem *Carolum Maigrot*, labo-
„ rum & passionum Socium, & antesignanum,
„ cujus epistolæ originalis tenor, ùt sequitur:

Inter

Inter navigationis otia mente ſæpius revolvens ea, quæ poſterioribus menſibus ante meum diſceſſum iſthinc præter expectationem contigerunt, neſcio an doloris, vel gratulationis officiis ad Dominationem tuam Illuſtriſſimam animum meum convertam? Flendum quippe eſt ſuper Epiſcopo pro religione captivo, non tam propter captivitatem, quàm propter perſecutionem, & eò amarius, quo magis inauditum, quod pro cuſtodibus habeat ſuos accuſatores, hosque Religioſos. Sed ubi Spiritus Dei, ibi libertas; & cum gaudio legimus beatos, qui propter veritatem, & juſtitiam perſecutionum ſuſtinent tormenta. Horreſcent aures piæ audiendo, quod Eccleſiaſtici Paſtores à ſuis provocentur adjutoribus ad gentiles, tanquam ad judices de arcanis Chriſtianæ legis, & quidem concitato prius in illos iſtorum odio ad fraudes & injurias non minus in religionis, quàm in Epiſcopalis dignitatis contemptum. Quæ enim participatio juſtitiæ cum iniquitate, aut quæ Societas luci ad tenebras? Neglectô tamen perſecutionis auctore, nonne exultans canit Eccleſia: Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu conſilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine JEſu contumeliam pati! Quæ igitur Eccleſia Dei Sacra exultatione commemorat, cum mœrore tractabimus? etenim pro nomi-

ne JEſu patitur, qui pro gloria & ſanctitate evangelii convitia reportat, atque ad vindicandum divinum cultum ab inquinamentis ſuperſtitionum, & à verbis mendacii legitimè certat; nullo moleſtiarum aut injuriarum affectu territus. Qua ſanè laude Zelus dominationis tuæ Apoſtolico Brevi nuper à me allato, non tam commendatur, quam præmunitur. Quonam hominum figmento ea tibi poterit unquam aufferri? Dicere lætanter potes, locuti ſunt adverſum me lingua doloſa, & ſermonibus odii circumdederunt me, cumque loquebar illis, impugnabant me gratis. Gratis ſiquidem, qui ſinè criminè impugnaris, qui impugnaris ùt noxius, cum in tali confeſſione ſis laudabilis. Sed qui inſurgunt in te, confundentur, & videbis ſapientes in eorum ſtultitia comprehenſos; juſtus autem lætabitur, ſcriptum eſt enim: perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Si quæ verò prudentia eſt damnabilis, ea utique qua per vim & inſidias vilia ſua tegere, noxia pro bonis, falſa pro veris oſtendere quidam nituntur; & quæ ſi dicerentur à ſe facta, puderent, per alios ſubdolè patrâſſe gloriantur. Inauditum ſanè conſilium in mentem cedit iſtorum prudentum, probatæ ſcilicet vitæ teſtimonia, non operum præſtantia, ſed minarum vi & vexationi-

tionibus exigendi à Visitatore Apostolico, & ab eo extorquendi, metu humanæ potestatis interposito, ut integerrimi Episcopi famam, eorum damnatis praxi, & opinionibus infensi, calumniis inficerent apud summum Pontificem. Nonne in his confundetur eorum stultitia? hujus etiam naturæ est Tartarica illa expeditio; qua ad novum violentumque dominationem tuam traxêre certamen, in quo victor remansit captivus, in quo vulnera non pectori, sed animo, quo acerbiùs, eò gloriosiùs fuerunt inflicta; in quo denique fratres habuisti aggressores, & passionum compartipem, quem jure sperabas ultorem. De hoc utique ego semper in Domino gloriabor, quia hæc est vera fraternitas, & si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor, gaudens, quòd nos infirmi, illi autem potentes; Atque utinam sicut fui contumeliarum particeps, ità sim & præmii per virtutem illius, qui pro peccatis nostris se ipsum obtulit hostiam immaculatam in abundantia misericordiæ, & est merces nostra magna nimis ex dono promissionis. Gaudemus igitur in hac sancta expectatione, in multo tamen fateor experimento tribulationis est gaudium meum, cùm cogito ad graves difficultates in hac missione auctas evangelicæ prædicationi, & Apostolicæ sedis mandatorum executioni ex temerè

merè ibi gestis, & ab Imperatore procuratis, super quibus non habeo requiem spiritui meo, quamvis nihil mihi in his conscius sim. Ea enim, quæ ad religionem, ad causam Dei (à qua tua est indivisa) atque ad pontificiam potestatem spectant, corde satìs impavido, ni fallor, sustinui, quantùm mea fragilitas, & rerum conditio permisit, quæ mea sunt contempsi; quæ regiminis, omnibus notum est, quanta pro meo munere obeundo sim passus. Jam verò desperatè agentium furorem, quæ rationum vis, quis pœnæ timor, quæ potestas cohibere valeat? Omnia perperam adhibui. Ab infligendis censuris abstinuisse non me pœnitet, saltèm ut in illius cedat pudorem, qui haud pridem ex causis longè levioribus, quàm ipse sit reus, fratres suos ejusdem Societatis, vitandos enunciare præsumpsit usque ad aulæ Pekinensis murmurationem, & derisum, quique in suos semper latrans, cùm jam in alios dentes acueret, seni catulo ab Imperatore meritò fuit compauratus. Sed potissimùm quia rei Christianæ hujus missionis in tanto discriminè positæ, nè in deterius contingeret, mansuetudine magis, quam pœnæ rigore erat consulendum. Omnia siquidem, quemadmodum dominatio tua experta est, effrenatè ad Imperatorem deferebantur, ubi criminà tutum inveniebant sub

tanto

tanto Patrono præsidium, per fas & nefas eos defendere volente, per quos periculum imminebat, prout sæpius à regiis præfectis audivi declaratum. Per vim solvuntur jura regiminis, nullaque potestas, ubi nulla vivendi ratio; & cum hujusmodi naturæ hominibus patientiâ vincendum est, animadversio quippe utilior, plerumque gravior que redditur cunctatione; at verò emendationem quæramus non pœnam. Rogamus dominum messis, ut alios mittat operarios in vineam suam, vel istos, si sperare licet, ad meliorem revocet frugem. Non clamemus, utinam abscindantur, qui nos conturbantur: Sed potiùs oremus Deum, ut nihil ampliùs mali faciant, non ut probati appareamus, sed ut boni ipsi efficiantur. Interim verò absens quidem corpore, sed Spiritu præsens ad dominationem tuam vividis gratulationibus convertor de hoc quod ex adeò justa causa pro gloriosa scilicet Ecclesia non habente maculam, aut rugam ibi violenter detineatur, non tam ad supplicium, quàm ad coronam. Nova etenim seu protracta occasio fortitudinem suam probandi æmulatione potiùs digna est, quàm commiseratione. Ego sanè vehementer optarem ibi adesse adjutorem, & non minus possionum socium, quàm consolationis, quæ abundat in omni tribulatione nostra per

Chri-

Christum, pro quo, licèt indignus, legatione fungor. Ac propterea invideo Sortem Joannis Catechistæ Viri de Missionariis jam pridem bene merentis, qui pro me detentioni dominationis tuæ fuit adauctus, ut injuriæ fierem consors, non meriti: libenter tamen audio de eo, quòd hæc constanti animo ferat, exemplo dominationis tuæ procul dubio confirmatus, quandoquidem firmitatis virtus in hujus missionis Neophytis per quam rarò invenitur. Eum plurimùm saluto in JEsu Christo & charitati tuæ commendo. De cætero confortabimini in domino, & in potentia virtutis ejus corroboramini, nam vereor, nè plures adhuc & quidem graviores dominationem tuam expectent tribulationes, cùm modò ea sit ibi inter amaritudines omni humano solatio destituta: Sed jam non est parvulus fluctuans, qui circumferri possit omni vento doctrinæ in nequitia hominum, & in astutia ad circumventionem erroris, & fidelis Deus non patietur Eam tentari suprà id, quod potest, sed faciet etiam cum tentatione proventum, itâ ut ea majori, qua inter catenas Apostolus utebatur, scribendi libertate dicere poterit dominatio tua. Charissimi nolite jugum ducere cum infidelibus, nolite noxiis eorum operibus assentiri: nolite dare ullam offensionem, ut non vituperetur Ministerium

noſtrum. Et utinam in ſancta, & religioſa animi ſimplicitate hæc audirentur ad correptionem, non ex invidia, ſed ex charitate prolata. Verùm quis etſi autoritate potens, eos monere poteſt de peccato, quin ſtatim hoſtis reputetur, & ex eo damnabilis? Omnis igitur fiducia noſtra eſt per Chriſtum, à quo nos ſpero futuros innoxios, quemadmodum à tantis periculis nos eripuit & eruit, & in quem ſperamus, quoniam & adhuc eripiet, adjuvantibus vobis in orationibus pro nobis, in meis, etſi ex infirmitate contemptibilibus, non ceſſabo memoriam veſtram; & hìc interim in oſculo ſancto fraterni amoris dominationem tuam amplector.

„ Ex his luce clariùs eluceſcit genius „ perſecutorum, & innotuit poſtmodum mo- „ tivum, propter quod etiam Legatus iſthìc „ Apoſtolicus ab Imperatore Sinenſi in civi- „ tatem *Macaum* relegatus fuit; nullam certè „ aliam ob cauſam, nisi quia Zelô verè A- „ poſtolicô rituum Sinenſium Superſtitioni „ ſe ſe oppoſuerat, tam vivâ voce coram Man- „ darinis in aula Pekinenſi, quàm calamo „ per dotam Miſſionariis inſtructionem in „ forma Edicti die 22. Januarii ab ipſo *Nan- „ chini* emanata & 7. Februarii 1707. publi- „ cati. Hoc ergò fuit grave delictum, quod „ ipſemet Imperator in uno ſuorum decreto- „ rum interlocutoriorum ipſi improperare

non

„ non omiſſit, quin & mortis addidit com-
„ minationem dicens in actis (Menſe Martio
„ An. 1709. de expreſſo mandato ejusdem
„ Imperatoris, Suæ Sanctitati præſentatis:)
„ *Impoſterum inter vos Europæos, ſi reperian-*
„ *tur, qui in prædicanda lege contraeant doctri-*
„ *næ ſinicæ comprehenſi occidentur. Vos feſti-*
„ *nanter currite poſt Tolo* (hoc erat nomen
„ Sinicum Patriarchæ Antiocheni) *de his ip-*
„ *ſum certiorem facite, commendate, nè ampli-*
„ *us turbas moveat, ſi deinceps ejusmodi res*
„ *contingat, arripietur Tolo, comprehenſus ad-*
„ *ducetur, & occidetur.* Verùm quia Impe-
„ rator neutiquam ignorabat, quòd Chriſti-
„ ani pro fide mori ſibi gloriæ ducerent, nec
„ ignorare illud poterat, ex quo conſtanti-
„ am invincibilem Legati Apoſtolici, quibus-
„ vis licet aſperrimis veræ modis, *Pekini* vio-
„ lenter textatam, ut ſuæ circa ritus condem-
„ natos declarationi ſe ſe ſubmitteret, exper-
„ tus fuerat, ut proinde ſpem omnem ipſum
„ ad vota & juſſa ſua trahendi, etiam intenta-
„ to vitæ excidio, abjicere coactus fuerit.
„ Et multò magis, poſtquam Venerabilis Le-
„ gatus ergà Mandarinum *Vang* (qui ipſi de-
„ cretum Imperatoris ſuper ritibus ſinenſibus
„ Apoſtolicæ deciſioni directè oppoſitum, at-
„ tulit, quærens ex eo, num acceptare &
„ deſuper Imperatori gratias agere luberet:
„ (ſe ſe conceptiſſimis verbis declaravit, ùt ſe-
„ quitur: *Poterit* (inquit) *Dominatio veſtra*
„ *Majeſtati ſuæ referre, quòd in rebus ad* Legem
„ *San-*

„ *Sanctam pertinentibus, Summus Pontifex sit*
„ *noster unicus & legitimus judex, & nè pun-*
„ *ctum quidem illius, quod ipse sanxerit, etiam*
„ *ob amittendæ vitæ periculum, nobis præterire*
„ *liceat. Attamen in reliquis omnibus, quæ no-*
„ *stram Christianam religionem non concernunt,*
„ *erimus semper ad Imperatoris mandata prom-*
„ *ptissimi & obsequiosissimi.* Eapropter ad infe-
„ rendam illi manum Carnificis necem pro-
„ gredi quidem noluit; verùm alteri mortis
„ generi (ex quo illum nullam consequi po-
„ se gloriam, falsò existimavit) machinando
„ animum applicuit. Cui sat seriò præluse-
„ runt aliquando Mandarini, dicentes Patri-
„ archæ: *Scire Majestatem suam, quòd apud*
„ *Christianos honorificum sit, religionis ergò pa-*
„ *ti; sed eandem nihilominus in promptu habere*
„ *modum, eos ità castigandi, ut & causæ glo-*
„ *riosæ sanctitas, non appareat, & castigati de-*
„ *decus inde consequantur.* Itaque circa per-
„ sonam ipsius aliud decrevit, quo finem su-
„ um (sed frustra) se confidit assecuturum.
„ Id porrò fuit relegare ipsum in civitatem
„ Macaum situatam in Peninsula, unita ter-
„ ræ firmæ per linguæ formem sui partem,
„ quæ ducit ad urbem kuang Ceu dictam,
„ Metropolim Provinciæ kuang Zung, sive
„ Cantonis. Conventione dudum initâ in-
„ ter Lusitaniæ Regem & Sinarum Imperato-
„ rem, incolæ Sinenses Macai, absolutè à
„ Mandarinis de Hian San Hien, civitate ter-
„ tii inferioris ordinis dependent, in reliquis

„ verò cujuscunque nationis incolas, plenum
„ Rex Portugalliæ per substitutum Gubernato-
„ rem, cum titulo Capitanei Generalis exercet
„ dominium. Ad hanc igitur civitatem Legatus
„ Apostolicus per Imperatoris decretum e-
„ jusdem jussu, à duobus Tartaricis ablega-
„ tis in urbe Cantonis 19. Junii An. 1707.
„ solenniter intimatum, relegatus fuit; tenor
„ verò decreti, ex Sinensi in latinum idioma
„ translati, talis erat: *Quando ad Aulam ad-*
„ *veniſti, interrogatus, ad quæ advenisses, dixi-*
„ *sti, nullum aliud te habere negotium, nisì gra-*
„ *tias mihi referre nomine Summi Pontificis de*
„ *beneficiis collatis Missionariis; deinde alia fe-*
„ *cisti: verè non sum contentus. Pergas igitur*
„ *Macaum, ibi expectaturus reditum Patrum*
„ *Barros, & Bevuvollier; tunc determinabo.*
„ Pro notitiâ facti sciendum est, quòd dicti
„ duo Patres erant Religiosi de *Societate JE-*
„ *su*, primus *Lusitanus*, *Gallus* alter, paulò an-
„ te ab aula Pekinensi in Europam provecti,
„ eo fine, ut Romam se conferrent, & illuc ap-
„ pulsi, Rituum Sinensium causam propugna-
„ rent; sed ecce! licet binis navibus, singuli
„ eorum seorsim vecti processerint, ambo ni-
„ hilominus, in & cum sua quisque nave,
„ naufragium subierunt, & in eodem perie-
„ runt. Cæterùm responsum à Legato Apo-
„ stolico Tartaricis ablegatis datum, fuit se-
„ quentis tenoris: *Obediam suæ Majestati.*
„ *Audio Ipsam non esse de me plenè satisfa-*
ctam;

„ *Etam ; ſi dignaretur autem reflectere , ad*
„ *formam exhibiti mihi ab eadem honoris* „.
„ *dum me vocavit ad Aulam ; & ad memo-*
„ *riale à me ſibi præſentatum* 26. *Decembris*
„ 1705. *comperiret , quòd non exceſſerim li-*
„ *mites propoſitionis , tunc à me ipſi factæ.*
„ Inteliexerunt ablegati vim hujus dati re-
„ ſponſi , & idcirco noluerunt illud , vel in
„ Tartaricum , vel in Sinenſe idioma trans-
„ ferri , non malè ſubodorantes , minimè ceſ-
„ ſurum in honorem imperialis decreti, ſi pa-
„ lam fieret , illud quidem niſi colorato præ-
„ textu , ſed manifeſtam obtrudere falſita-
„ tem. Forma namque honoris , de manda-
„ to ipſius Imperatoris Legato Apoſtolico (ùt
„ ipſe meminit) exhibiti , his terminis, atque
„ verbis fuerat circumſcripta : *Tolo Vir vi-*
„ *tæ ſpiritualis , cùm religionis ſuæ negotia*
„ *examinaturus veniat , non autem à Regi-*
„ *bus occidentalis maris ad tributum perſol-*
„ *vendum miſſus ſit , noſtris hujus loci veſti-*
„ *bus induatur. Ad ſupremum profectum*
„ *Zumtum , & Pro-regem mittantur literæ,*
„ *ut eum honorificè ſuſcipientes , naves & ne-*
„ *ceſſaria miniſtrent , celeriterque faciant in*
„ *Regiam deportari. Hoc noſtrum decretum*
„ *Regium Europæis (qui morantur in aula)*
„ *monſtretur , ut illud perpendant , ſiquidem*
„ *itâ fieri expediat. Tu Heſchgen* (nomen
„ erat Mandarini, cui commiſſio directa fuit)

„ *quamprimùm linguâ Tartareâ epiſtolam*
„ *ſcribe, & Supremi Præfecti, ac Pro-Re-*
„ *gis filiis ſeu fratribus trade : illius unum*
„ *exemplar ad ipſos, alterum ad nos ablege-*
„ *tur, ſi aliud quid in hoc occurrat, ociiſſimè*
„ *renuntia, & juſſa noſtra præſtolare.* His
„ omnino verbis Imperator formam præſcri-
„ pſit agendorum, in receptione Legati A-
„ poſtolici ; ſed memoriale Imperatori con-
„ ſignatum, cujus hìc mentionem facit, in
„ reſponſo Tartaris ablegatis dato, ſic habe-
„ bat : *Imperialis Majeſtas. Cùm ex bene-*
„ *ficentia veſtræ Majeſtatis honor mihi ob-*
„ *tingat, ut liceat, imò juſſu ſuô, debeam,*
„ *ſcripto-tenus præſentare, quæ vivâ voce*
„ *coram exponere in votis & mandatis ha-*
„ *bebam, nisì me, obſtinatæ indiſpoſitionis*
„ *meæ miſeræ conditio, tantopere deſiderato*
„ *à me bono, hactenus privâſſet, Regiæ ſuæ*
„ *præſentiæ me perſonaliter ſiſtendi, idcircò*
„ *prævià profundâ reverentiâ, quam debeo*
„ *tantæ Majeſtati, huc usque mihi tantùm co-*
„ *gnitæ ex fama publica, communi applauſu,*
„ *& vel maximè ex à me perceptis, ſummæ*
„ *ſuæ munificentiæ, qua me prævenit experi-*
„ *mentis ; Dico, quòd Sanctiſſimus Dominus*
„ *noſter Clemens XI. Summus Pontifex, &*
„ *omnium Chriſtianorum Univerſalis Pater ;*
„ *poſteaquam propriâ ſollicitudine paſtorali,*

„ *pro ſui gregis ſpirituali ſalute, motus, ani-*
„ *mô fixum habuit, in has omnes extra Eu-*
„ *ropam Sitas Regiones Orientales, unum*
„ *amandare viſitatorem, qui nomine ipſius*
„ *perquireret, ac perſpiceret Spirituales hu-*
„ *jus novæ ſobolis ſuæ neceſſitates; eique pro-*
„ *videret, qui bono animarum promovendo*
„ *intenderet, ac ſuper Spiritualibus illius ad-*
„ *jumentis Ipſam Sanctitatem ſuam probè in-*
„ *formaret, quæ ejusdem Paterna charitas,*
„ *etiam eminus diſpenſare parata eſt, me,*
„ *licèt indignum, tam excelſi, ſanctique pro-*
„ *poſiti ſui, ab omnibus Europæ Principibus*
„ *ac Viris honoratis generali applauſu com-*
„ *mendati, delegit executorem. Inter cæ-*
„ *tera verò juſſa, quibus me dignatus fuit,*
„ *ſpecialiter dedit in mandatis, ut appulſus*
„ *in hoc vaſtiſſimum Sinarum Imperium, cui-*
„ *cunque alteri potentiæ ſuperius, procura-*
„ *rem habere acceſſum ad pedes Veſtræ Ma-*
„ *jeſtatis, & nomine ſuo ipſi exponere vivos*
„ *affectus æſtimationis, amoris, & gratitu-*
„ *dinis, quibus ergà perſonam Majeſtatis ſuæ*
„ *fertur, non ſolùm propter frequenter rela-*
„ *tiones ſibi factas de Veſtræ Celſitudinis Am-*
„ *plitudine, de prudentia atque politia ritè*
„ *ſibi factas; uti etiam de literatura, & af-*
„ *fabilitate hujus nationis tantopere depræ-*
„ *dicatæ, eò quòd per leges ſub ſupremo ſa-*

pien-

„ pientissimo Regimine vestræ Majestatis con-
„ ditas, ad virtutis cultum, adeò benè diri-
„ gatur, & indispensabiliter obligetur: Sed
„ multò ampliùs, propter notitias sæpè sæpi-
„ ùs acceptas, de Summa clementia, qua Ve-
„ stra Majestas S. Evangelii ministros à lon-
„ ginquo adventantes suscipere & tractare
„ dignatur, ipsisque veræ legis divinæ præ-
„ dicationem permittere. Inde namque est,
„ quòd mihi Sanctitas Sua impensè commen-
„ daverit, ut suo nomine Majestati Vestræ
„ pro tanta benignitate, enixissimas refer-
„ rem gratias, & quòd Imperialis personæ
„ suæ salutem sibi propriam faciens, Deum
„ incessanter oret, pro diuturna conservatio-
„ ne, & maximè perfecta prosperitate Ve-
„ stræ Majestatis. Tenerrimos certè affectus
„ Summi Pontificis nostri ergà Majestatem
„ Vestram præ nimia temporis moderni an-
„ gustia, neque calamô circumscribere va-
„ leo, neque verbis explicare. Spero nihil-
„ ominus futurum, quando mihi honorifica
„ sors obtigerit, coram Imperiali suo solio
„ Majestati Vestræ me inclinandi, ut ad ple-
„ nam ipsius persuasionem, quæ circa prædi-
„ cta, certò mihi cognita sunt, latiùs expo-
„ nere queam. Ut verò interim, suis Impe-
„ rialibus jussis quadamtenus obediam; sub-
„ jungo, tantam esse suæ sanctitatis sollicitu-

dinem

„ *dinem pro ſalute, & incolumitate Veſtræ*
„ *Majeſtatis, ut deſideret cum hac ſua Im-*
„ *periali aula, literarium habere commerci-*
„ *um, quo valeat te tempore in tempus, cer-*
„ *tam adipiſci notitiam de proſpero ſtatu Re-*
„ *giæ ſuæ perſonæ, & earum rerum, in qui-*
„ *bus foret poſſibile gratificari ſuæ Majeſtati,*
„ *ejusque vota prævenire potius, quàm ex-*
„ *cipere. Ad illum porrò finem apprimè con-*
„ *duceret, ut eſſet hic loci de ſtabili conſti-*
„ *tuta perſona, præpollens prudentiâ, integri-*
„ *tate, ac doctrinâ, ſimulque inſignita cha-*
„ *ractere ſuperioris omnium Europæorum,*
„ *quæ proinde poſſet ſatisfacere deſiderio ſuæ*
„ *Beatitudinis ad Servitium Veſtræ Majeſta-*
„ *tis„ & ad ritè ordinandam hanc miſſionem,*
„ *cui veſtra Majeſtas ſuo patrocinio, & cha-*
„ *ritatis tam exemplo, quàm affectuoſis do-*
„ *cumentis, continua præſtat fomenta. Hæc*
„ *ſunt, quæ occurrunt mihi in compendio Ve-*
„ *ſtræ Majeſtati humiliter repræſentanda eâ*
„ *promptitudine, quàm ſua juſſa ſuprema exi-*
„ *gunt, & eô languidæ manûs conatu, quem*
„ *debiles meæ vires per longam infirmitatem*
„ *extenuatæ permiſerunt, ſed confiſus animo*
„ *generoſo Majeſtatis Veſtræ, quo novit, mi-*
„ *nimos etiam obedientiæ actus ſibi exhibitos*
„ *ad gradum meriti ſublimare, & excelſæ ſuæ*
„ *mentis intelligentiâ, ex paucis verbis com-*

„ *prehendere, & comprehendendo penetrare*
„ *cor illius, qui gratiam ſuam ſibi ſatagit*
„ *exorare; ſpero nihilominus fore, ut digne-*
„ *tur compati mihi, meque benigno conſolari*
„ *reſcripto.* Ex utroque documentorum
„ præmiſſorum, manet integerrimè juſtifica-
„ tus, & purgatus Reverendiſſimus Cardina-
„ lis ab impoſtura in decreto exilii ipſi im-
„ pacta, quasi exceſſerit in agendo id, quod
„ repræſentaverat. Atque ità in auras abiit
„ omnis prætextus, iniquo decreto fucando
„ quæſitus. Nihilominus oportuit morem il-
„ li gerere (nimirum ubi vis prævalet, lo-
„ cum non habet ratio) Regiis enim navi-
„ bus à Mandarinis (ſed cum omni reſpectu)
„ Macaonem abductus fuit. Deſiderabant
„ quidem nonnulli . . . . . (qui & ipſis
„ Mandarinis fecerunt inſtantiam) ut ab
„ omnibus Miſſionariis avulſus ſeparatim ab-
„ duceretur : verùm hi licèt gentiles, tantâ
„ ergà ipſum ferebantur humanitate, ut ad
„ annuendum barbaro illi petito noluerint
„ ullatenus permittere ſeſe inflecti. Intra-
„ vit igitur in Urbem iſtam die 30. Junii
„ Anni 1707. cum exiguo familiæ ſuæ, &
„ aliorum Miſſionariorum comitatu, qui
„ juſſi fuerant de China exulare, & unicè
„ affectabant in ipſo quoque carcere Reve-
„ rendiſſimo Præſuli fidelem præſtare ſocia-
„ tum. Præmonitus de loco ſibi præpara-
„ to, quòd videlicet eſſet anguſta domun-

cula

„ cula ſola lecti, parvæque menſæ ſuppellecti-
„ le inſtructa, ea propter rectà perexit ad con-
„ ventum S. Franciſci, ubi illi Religioſi eum
„ toti tremuli receperunt præ timore, quòd
„ ex templo forent declarandi traditores, &
„ vero Capitaneus Ceneralis Didacus Pinho-
„ teixeira in continenti ad dictum conven-
„ tum viginti milites eò miſit excubias, ſpe-
„ cie quidem humanitatis, ſed re ipſa cuſto-
„ diæ ergò. Sub regimine Capitanei ſubalter-
„ ni Antonii Soura de Gayo, qui mox ipſi in-
„ timavit mandatum prohibitivum cujuscun-
„ que jurisdictionis exercendæ. Diſſimula-
„ vit nihilominus Reverendiſſimus Legatus
„ attentatum, imò expedivit aliquem de ſuis
„ Capellanis ad gratias agendum pro palliata
„ iſta humanitate, rogando pariter eodem
„ tempore, ut easdem excubias propter mul-
„ tas, eásque graviſſimas convenientiæ ra-
„ tiones retrahere vellet. Sed is adeò ab
„ hoc monſtravit ſe alienum, ut potius poſt-
„ quam Reverendiſſimus Patriarcha de Man-
„ darinorum licentia ſuis expenſis pro annuo
„ 300. imperialium cenſu, domum conduxe-
„ rat, eámque ad inhabitandum vix ingreſ-
„ ſus fuerat, die 2. Julii ſequentis, idem ipſe
„ Capitaneus Generalis easdem excubias cir-
„ ca circum illam firmiter conſiſtere man-
„ daverit, non certè honoris ergò, ſed cu-
„ ſtodiæ loco! Quid porrò Capitaneus ille
„ generalis, iſtiusmodi facto verè, proprieque
„ intenderit, hic non diſcutitur; certum ta-

men

„ men eſt, prætextum ex inde ſumptum fuiſ-
„ ſe, quòd Reverendiſſimus Cardinalis, tunc
„ Patriarcha Antiochenus, de mandato Im-
„ peratoris illi civitati ad cuſtodiam traditus
„ fuerat, cum onere, ut redderet ejusdem
„ rationem aulæ Imperiali. Ea propter non
„ immeritò dici poteſt, quòd ex illo tempo-
„ re carceri fuerit mancipatus. Soli namque
„ œconomo permiſſum erat exire, intrare
„ verò nemini, quia oſtium de foris ferreo
„ peſſulo obſeratum erat. Hic tribus vix
„ non annis (paucis videlicet diebus minùs)
„ recluſus manſit: hic immenſis conſumptus
„ incommodis gloriosè devixit. Quantum
„ porrò in tam pænoſo incolatu pro defen-
„ ſione clavium Apoſtolicarum, id eſt ſupre-
„ mæ in terris poteſtatis Vicarii Chriſti ſum-
„ mi Pontificis Romani paſſus & operatus fue-
„ rit, non eſt inſtituti mei præſenti relatio-
„ ne fuſiùs exponere, ſed paucis tantummo-
„ do perſtricta prævie carcerationis tanti
„ Prælati, origine (ſicut hucusque factum eſt)
„ notum facere felicem ejus obitum, & ali-
„ quorum pariter funeſtorum accidentium,
„ quæ ultimis ei vitæ ſuæ menſibus occur-
„ rerunt ſeriem attexere. Nihilominùs ad
„ ſatisfaciendum aliquantum piæ Lectoris
„ curioſitati, regiſtratur in fine hujus diſcur-
„ ſûs aliquod Breve, ſeu bulla Sanctiſſimi Do-
„ mini Noſtri *Clementis XI.* quâ velut com-
„ pendio quædam perſtringuntur notitiæ, ex
„ quibus ferè adæquatum formari poteſt ju-

dicium

„ dicium de hujus generosi Herois militan-
„ tis Ecclesiæ invicta fortitudine in agendo
„ & patiendo, pro Catholica Christiana Re-
„ ligione juxta doctrinam *S. Chrysosthomi* di-
„ centis: *duo sunt miracula fidei, quòd & magna*
„ *efficit & magna patitur.* Ineunte Anno 1710.
„ mota contra Legatum Apostolicum perse-
„ cutio cæpit crudeliùs desevire, mox enim
„ ac Manila, sex missionarii, parvâ celoce
„ vecti Macaonem appulsi fuerunt, cum By-
„ reto Cardinalitio pro Reverendissimo Le-
„ gato Apostolico, Persecutores . . . .
„ ipsius, videntes se præventos, & Patriar-
„ cham ex nunc Eminentissimum Cardina-
„ lem tantô honore conspicuum ultimas im-
„ pietatis suæ vires exseruerunt, quo non
„ tantùm Heroicam ejus constantiam infrin-
„ gere, sed & ipsam personam ad tantam cel-
„ situdinem sublimatam prosternere possent.
„ Igitur ad ulteriores, ac majores hostiles
„ insultus palliandos, prætextum apparen-
„ ter filiis hujus sæculi honestum, reipsâ ve-
„ rò futilem assumpserunt, indéque gravem
„ contra ipsum quærelam conflârunt, quasi
„ quinque pauperculis Missionariis Dominica-
„ nis Hispanis, & uni Sacerdoti Ecclesiastico
„ Manila oriundo refugium præstitisset &c.
„ Evanescente verò futili illo prætextu ho-
„ stes infensissimi . . . . ipsimet Cardinalitiæ
„ personæ, palmarem calumniam meditatæ
„ fugæ intorserunt, falsissimè criminati, cel-
„ locem Manilanam, aliam ob causam non
adesse,

„ adesse, quàm ut Legatum Apostolicum fu-
„ gæ intentum, clam eò abduceret. Tan-
„ tùm obtinuit isthæc calumniosa querela,
„ ut domus Cardinalis à Mandarinis, qua
„ mare, qua terram versus 21. Januarii mili-
„ tum excubiis fuerit circumcluſa, eisque
„ barbari rigoris obſervantia demandata, &
„ inculcata fuit; quo factum, ut non tantùm
„ perſonis quibuscunque, ſed ipſi quoque
„ commeatui ad vitam ſuſtentandam neceſ-
„ ſario, & aquæ ſubſidio, introitus ad illam
„ potiùs deinceps carcerem, quàm domum
„ evaſerit impoſſibilis. Sed quomodo inte-
„ rim Cardinalis animo comparatus fuerit,
„ liquidum fit ex epiſtola ſub die 2. Aprilis
„ Anni 1710. ab ipſo data ad Comitem de
„ Lizaraga Inſularum Philipinarum guber-
„ natorem, qua gratias eidem egit, pro aſſi-
„ ſtentia præſtita illis miſſionarii, qui byre-
„ tum ipſius Cardinalitium, detulerant, ut
„ Macaonem navigio tendere potuerint; in
„ epiſtola verò illa, hiſpanice exarata, pauca
„ quæ ad rem præſentem faciunt, latinè red-
„ dita hæc leguntur: *Igitur Illuſtriſſima do-*
„ *minatio veſtra, quæ partem ſatis magnam*
„ *ſibi vendicat, in hac officioſa, & ſacra ex-*
„ *peditione, ſpero, quòd licet fruſtraretur*
„ *effectu (quòd Deus avertat) omnes modos*
„ *& media excogitabit, quæ affectuoſa ſua pie-*
„ *tas ipſi dictaverit, pro defendenda gloriâ no-*
„ *ſtræ Sacræ religionis, & pro honore atque*

autho-

„ *authoritate ſupremi capitis ejusdem tanto-*
„ *pere contempti ac deſpecti propugnandis,*
„ *ſed nolim, ut ageret quidquam, quo me*
„ *niteretur eripere de manibus perſecutorum*
„ *meorum, qui inſurrexerunt contra me, ca-*
„ *lumniando me in tribunalibus Gentilium.*
„ *Illud enim non foret mihi gratum, qui eò*
„ *dilapſus non ſum, ut patiendi pertæſus,*
„ *deeſſe velim meo officio.* Tot animi, & cor-
„ poris concuſſionibus attenuata, & enerva-
„ ta complexio Cardinalis, quantumvis ſpiri-
„ tu, tam violentæ procellæ ſuperior, carne
„ (quam utique æneam non habebat) deni-
„ que incepit cedere. Nimirum primis die-
„ bus Aprilis dolores illum colici invaſe-
„ runt, qui creſcebant ad proportionem, qua
„ invaleſcebant potiùs, quàm remitterent
„ preſſuræ & anguſtiæ, quibus illum furor
„ perſecutorum .... exercebat. Lectus
„ autem (quo circa 25. Aprilis An. 1710. re-
„ clinare ſe debuit) potiùs illi fuit crucis
„ equuleus, quàm quietis thalamus, plus
„ namque patiebatur recumbendo, quàm
„ ſtando, adeò ut debuerit, modò in unum,
„ modò in aliud latus, continuo motu ſe
„ vertere, aut etiam de uno lecto in alium
„ migrare, vel utroque relicto obambulare,
„ aut ſedere, fuitque hæc ipſius integro bi-
„ meſtri, quà diurna, qua nocturna inter ar-
„ ctiſſimos dolores exercitatio. Die igitur
„ 8. Junii Anno 1710. quæ fuit Dominica

Pente-

„ Pentecoſtes, omnes ſummo manè congre-
„ gati fuerunt in domo Eminentiſſimi, qui
„ licet à pridiana veſpera viſicatoriis ad cer-
„ vicem, brachia & tibias applicatis crucia-
„ retur, voluit ſe lecto levare, Sanctámque
„ Miſſam in capella ſua domeſtica audire,
„ cui etiamSacramentalem confeſſionem præ-
„ miſit, ac deinde ſedens maxima cum devo-
„ tione totus intendit divino myſterio à Do-
„ mino Don Andrea Candela Capellano ſuo,
„ ſacræque viſitationis cancellario, ſub auro-
„ ram celebrato, & cum ſumma pietate, ac
„ Spiritus fervore Sacro-Sanctam in eodem
„ loco ſumpſit euchariſtiam; finitâ miſsâ to-
„ tis viribus contendit perſeverare in ora-
„ tione ante altare, ſed enixis precibus Phar-
„ mocopolæ Dominici Marchini (qui pulve-
„ ris cujusdam medicinalis, tunc in vino mi-
„ niſtrati cauſa, & ut viſicatoria curaret, ſta-
„ bat à ſervitio) neceſſe rati, ut ad lectum
„ pro quiete remearet, tandem ceſſit, ſtra-
„ túmque ſuum ſeu potiùs crucis reclinato-
„ rium repetivit. Horis exinde quatuor poſt,
„ accidenti apoplectico correptus fuit, eáque
„ propter à P. Joſepho Ceru Clerico Regula-
„ ri Luccenſi de minoribus cognominato, &
„ novellorum Miſſionariorum uno, extremæ
„ unctionis Sacramentô munitus. Eodem
„ actu ùt Sacerdos ad ſecundam orationem,
„ pro commendatione animæ *Commendo*
„ *te &c.* pervenit, ipsô tempore & horâ, qui-
„ bus S. Eccleſia celebrat adventum Spiritûs

Sancti

„ Sancti ſuper Apoſtolos, invictum Spiritum
„ ſuo reddidit creatori, annum ætatis agens
„ 42. poſtquam exegerat ejusdem menſem
„ quintum, & dies octodecim. Ità fortiſſimus
„ ille Heros Eccleſiæ Romanæ Catholicæ glo-
„ riosè complevit curſum vitæ, imò certami-
„ nis pro eadem exantlati, ut proinde non
„ immeritô ipſi appropriari poſſit elogium
„ perfecti imitatoris SS. Pontificum & Mar-
„ tyrum, Joannis, Sylverii, Martini & alio-
„ rum, qui conſumati laboribus, & exilii
„ ærumnis in carcere extremum diem, ſicut
„ ipſe, obierunt &c. Interea inexplicabili do-
„ lore totam Romanam curiam affecit jactu-
„ ra tanti Cardinalis, quam tamen præ omni-
„ bus acerrimè ſenſit Sanctiſſimus Dominus
„ noſter, utpote, qui magis ac meliùs, quàm
„ quivis alius, perſpectam habebat magnani-
„ mitatem, & virtutem, nec non heroicam
„ fortitudinem hujus fideliſſimi ſui Miniſtri,
„ interim in conſiſtorio die 7. Octobris hujus
„ Anni 1711. celebrato, gravi & elegandi
„ oratione eam deploravit, quæ ab univerſo
„ mundo audiri merebatur, cum ad inſtar
„ tubæ Sonoræ, è vertice vaticani montis,
„ quaqua verſum reſonare fecerit glorioſa
„ geſta magnanimi ſui propugnatoris & Athle-
„ tæ &c.

Cleuens

Clemens Papa XI. ad futu-
ram rei memoriam.

„ *AD Apostolatûs nostri notitiam, non si-*
„ *nè gravissima animi nostri molestia,*
„ *pervenit, quòd Ven. Frater Joannes de Ca-*
„ *zal Episcopus Maconensis, tametsi aliàs,*
„ *nempe statim ac ad illius manus devene-*
„ *rant, quædam nostræ in simili forma Bre-*
„ *vis literæ, quibus ei significaveramus, nos*
„ *in illas partes ablegâsse, dilectum filium no-*
„ *strum Carolum Thomam S. R. E. Cardina-*
„ *lem de Tournon tunc Patriarcham Antio-*
„ *chenum, eiq; munus nostri & Apostolicæ se-*
„ *dis commissarii, ac Visitatoris Generalis*
„ *in Sinarum, aliis Indiarum Orientalium*
„ *regnis cum potestate etiam nostri, & ejus-*
„ *dem sedis de latere legati, demandâsse;*
„ *Ipse Joannes Episcopus debitâ reverentiâ at-*
„ *que obedientia, ut par erat, ejusdem Ca-*
„ *roli Thomæ Cardinalis tunc Patriarchæ &*
„ *Commissarii, & Visitatoris Generalis juris-*
„ *dictionem absque ulla mora agnovisset, quin-*
„ *imò idipsum per suum edictum publicè affi-*
„ *xum & promulgatum, toto literarum no-*
„ *strarum præfatarum tenore inserto palàm*
„ *declarâsset; nihilominus postea tam acriter,*
„ *atque impudenter ipsius Caroli Thomæ Car-*

dinalis

„ *dinalis tunc Patriarchæ, ac commissarii, &*
„ *visitatoris generalis auctoritatem, potesta-*
„ *tem, ac dignitatem adeóque etiam nostra,*
„ *& dictæ sedis jura impetere ausus fuit, ut*
„ *non modo per aliud suum Edictum vigore*
„ *quarundam assertarum literarum sibi hac in*
„ *re à Ven. Fratre Augustino ab annunciatio-*
„ *ne Archi-Episcopo Goano scriptarum, illi-*
„ *que forsan ejusdem Augustini Archi-Epi-*
„ *scopi edicto consimilium, quod dudum per*
„ *alias nostras in simili forma Brevis die 4.*
„ *Januarii* 1707. *expeditas literas nullum,*
„ *irritum, atque invalidum declaravimus,*
„ *publicatum, Dicto Carolo Thomæ Cardina-*
„ *li tunc Patriarchæ, ac commissario, & vi-*
„ *sitatori Generali cujusvis jurisdictionis ex-*
„ *ercitium in sua diœcesi Macaonensi interdi-*
„ *xerit, omnemq; ei à suis subditis obedientiæ*
„ *actum exhiberi prohibuerit; verùm etiam*
„ *ejus nomine à quodam Laurentio Gomez, as-*
„ *serto illius Vicario Generali adversus dile-*
„ *ctum filium Constantium à Spiritu Sancto*
„ *Priorem, aliósque tunc existentes Fratres*
„ *conventûs Nostræ Dominæ de gratia nuncu-*
„ *pati Macaonen. Ordinis Erëmitarum S. Au-*
„ *gustini, eò quia, ipsum Carolum Thomam*
„ *Cardinalem, tunc Patriarcham ac Commis-*
„ *sarium, & Visitatorem Generalem honori-*
„ *ficè excepissent, ad interdicti aliásque pœ-*

„ nas, & censuras Ecclesiasticas non minùs
„ nulliter, quàm injustè deventum fuerit.
„ Ad hæc idem Joannes Episcopus eò temeri-
„ tatis processit, ut minimè attendens ad pe-
„ tram, unde excisus fuerat, quoscunq; cen-
„ suras à prædicto Carolo Thoma Cardinali
„ tunc Patriarcha ac commissario, ac Visita-
„ tore Generali latas, pro irritis & nullis ha-
„ bendas esse publicè declaraverit, imò etiam
„ contra ipsum Carolum Thomam Cardina-
„ lem tunc Patriarcham ac Commissarium &
„ Visitatorem Generalem, inverso sanè pæ-
„ narum per Canonicas Sanctiones irrogata-
„ rum usu, **majoris excommunicationis** sen-
„ tentiam promulgare non erubuerit; ità pla-
„ nè Apostolicæ jurisdictionis hostis, & ever-
„ sor factus, qui illius custos, & vindex præ-
„ cipuus esse debuisset. Præterea adeò se im-
„ memorem ostendit Venerabilis dignitatis sui
„ characteris, ac inviolabilis religionis illius
„ jurisjurandi, quo se Deo, Nobis, & Eccle-
„ siæ in suscipiendo consecrationis munere ob-
„ strinxerat, ut Ministris ac officialibus lai-
„ cis earundem partium duriora quæque ad-
„ versus dignitatem, imò etiam personam
„ præfati Caroli Thomæ Cardinalis tunc Pa-
„ triarchæ, ac Commissarii & Visitatoris Ge-
„ neralis molientibus se sociaverit, ac pene
„ dux eorum, qui Christum Domini Sacrile-

go,

„ go, ac deteſtabili auſu multifariam vexâ-
„ runt, & fortè etiam adhuc vexant, fieri
„ non formidaverit; aliáque plura adverſus
„ ejusdem Caroli Thomæ Cardinalis, tunc Pa-
„ triarchæ ac Commiſſarii, & Viſitatoris Ge-
„ neralis, imò potiùs adverſus noſtram, &
„ ſedis præfatæ autoritatem, ac jurisdictio-
„ nem attentare præſumpſerit. Innotuit pa-
„ riter nobis, quòd præmiſſis attentatis, D.
„ Carolus Thomas Cardinalis tunc Patriar-
„ cha, ac Commiſſarius, & Viſitator Gene-
„ ralis, tametſi tunc temporis in præfata ci-
„ vitate Macaonenſi, non quidem à Paganis,
„ ſed ab officialibus, & Miniſtris Chriſtianis,
„ nullâ ſacri characteris, nulla præſtantiſſi-
„ mæ ſuæ dignitatis, nullâ Eccleſiaſticarum
„ Sanctionum, nullâ denique juris gentium,
„ quod apud Barbaras quoque nationes Sa-
„ cro-Sanctum, ac inviolabile eſt, habitâ ra-
„ tione, multorum militum diurnâ, noctur-
„ naque cuſtodiâ, ut captivus detineretur,
„ aliisque acerbiſſimis, ac planè incredibili-
„ bus injuriis, & contumeliis, ipſis ex bor-
„ reſcentibus Ethnicis afflictus reperiretur;
„ nihilominus inter affectæ valetudinis, ac
„ tot aliarum tribulationum, quas perfere-
„ bat, incommoda, creſcens quotidiè magis
„ in charitate Chriſti, invictoque animo il-
„ liùs cauſam agens, poſtquam præcipuos

„ *ejusmodi Sacrilegorum excessuum adversus*
„ *ejus personam, ac dignitatem commissorum*
„ *authores, ac verè iniquitatis filios, cano-*
„ *nicæ severitatis mucrone percusserat, illós-*
„ *que affixis publicè contra eos Scbedulis, ma-*
„ *joris excommunicationis pœnam incurrisse*
„ *pronunciaverat; inter alia, ad quæ, ùt sua,*
„ *quin imò nostra, & ejusdem sedis jura for-*
„ *titer tueretur imperterrito animô perve-*
„ *nit; omnia & singula per curiam Episco-*
„ *palem Macaonensem, contra ipsum ejus &*
„ *jurisdictionem gesta, ùt præfertur, utpote*
„ *impedientia exercitium muneris, & Apo-*
„ *stolicæ autoritatis summoperè læsiva circum-*
„ *scripsit, annullavit, revocavit. Sententi-*
„ *am insuper asserti interdicti, in Fratres &*
„ *Ecclesiam præfati conventûs ordinis Ere-*
„ *mitarum S. Augustini, sicut præmittitur, la-*
„ *tam, nec non quascunque citationes, man-*
„ *data, edicta, ac scripturas jurisdictionem*
„ *Apostolicam quomodolibet lædentes, aut illi*
„ *quoquo modô contrarias revocari, aboleri,*
„ *deleri, ac pro nulliter factis, nulliusque*
„ *roboris, ac momenti haberi, & habendas*
„ *esse mandavit, ipsum verò Joannem Epi-*
„ *scopum propter præmissa, censuras omnes*
„ *à sacris canonibus, & Apostolicis constitu-*
„ *tionibus, ac præsertim literis die cœnæ do-*
„ *mini singulis annis legi, & promulgari so-*

litis,

„ litis, contra similia perpetrantes inflictas,
„ damnabiliter incurisse, illumque pro excom-
„ municato, & à fidelium consortio segrega-
„ to, & vitando haberi, & habendum esse,
„ similiter declaravit. Post hæc cùm acce-
„ pisset in eodem civitate Macaonensi, non se-
„ mel adversus Pontificiæ potestatis jura, &
„ Ecclesiasticam libertatem convenisse in u-
„ num, atque in tenebrarum consilia, non
„ modo ministros & officiales Laicos speran-
„ tes auxilium in fortitudine Pharaonis, &
„ habentes fiduciam in umbra Ægypti, sed e-
„ tiam eos, qui cæteris lucis exempla præbe-
„ re, atque utpote de altari viventes, vel
„ religioso strictioris vitæ, & obedientiæ in-
„ stituto addicti, Apostolicam Auctoritatem
„ præcipuè excolere debuissent, turpiter con-
„ spirâsse; omnia ad singula in ejusmodi con-
„ ventibus, seu potiùs conciliabulis decreta,
„ & statuta, quæ sedis Apostolicæ præfatæ,
„ & Ecclesiasticæ immunitatis jura quovis
„ modo lædere poterant, utì nulla, irrita, &
„ invalida, nulliusque roboris & momenti
„ pariter habenda esse decrevit, omnesq;, &
„ singulos cujusvis statûs, & conditionis, si-
„ ve Laicos, sive Ecclesiasticos: tam sæcula-
„ res, quàm Regulares cujuscunque ordinis
„ vel instituti, qui conventibus, seu conci-
„ liabulis hujusmodi interfuerant, ibiq; aut

„ *ſuadendo, aut conſulendo, aut ſubſcriben-*
„ *do, aut mandando, aut alìs quomodolibet*
„ *directè, vel indirectè decretis & ſtatutis*
„ *prædictis conſenſerant, cenſuras, & pœnas*
„ *Eccleſiaſticas contra hæc perpetrantes in A-*
„ *poſtolicis conſtitutionibus, ac potiſſimùm li-*
„ *teris die cœnæ legi ſolitis ſupradictis con-*
„ *tentas incurriſſe, illosque propterea pro ex-*
„ *communicatis, & à fidelium gremio ſegre-*
„ *gatis, & vitandis, haberi, & habendos eſ-*
„ *ſe denunciavit. Noviſſimè demum è remo-*
„ *tiſſimis illis regionibus nobis ſignificatum*
„ *fuit, illatas eidem Carolo Thomæ Cardina-*
„ *li Commiſſario, & Viſitatori Generali, ejus-*
„ *que dignitati multiplices, ac pene inaudi-*
„ *tas vexationes, etiam poſtquam illuc inno-*
„ *tuerat, eum, eximiis ſuis itâ exigentibus*
„ *meritis, ad ſublimem Cardinalatûs hono-*
„ *rem, à nobis evectum fuiſſe, minimè ceſ-*
„ *sâſſe, præ cæteris verò ſupra dictum Lau-*
„ *rentium Gomez aſſertum Vicarium Gene-*
„ *ralem Macaonenſem, in alium prorupiſſe*
„ *graviſſimum exceſſum: cùm enim dictus*
„ *Carolus Thomas Cardinalis objuſtas, &*
„ *rationabiles cauſas ab eo expreſſas, dilectos*
„ *filios Presbyteros Regulares Societatis JE-*
„ *ſu in dicta Civitate Macaonenſi exiſtentes,*
„ *illorumque Eccleſiam, Collegium ac Semi-*
„ *narium Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſuiſſet,*

idem

„ idem Laurentius non modo interdictum hu-
„ jusmodi irritum, ac nullum temerè decla-
„ ravit, verùm etiam ſuo ad id promulgan-
„ do monitorio, ſeu edicto, omnibus & ſingu-
„ lis Epiſcopatûs Macaonenſis ſubditis, cu-
„ juscunque tandem gradûs, conditionis, &
„ præeminentiæ exiſterent, nè cum Dilecto
„ filio Petro de Amaral Fratre expreſsè pro-
„ feſsò Ordinis Prædicatorum, qui pro debi-
„ ta eidem Carolo Thomæ Cardinali ſemper,
„ & conſtanter præſtita obedientia, ærumnas
„ plurimas magno, fortiq; animo ſuſtinuit,
„ aliisque Fratribus conventûs Macaonenſis
„ dicti ordinis, imò nec cum aliis quibuscun-
„ que ſive Laicis, ſive Eccleſiaſticis tam ſæ-
„ cularibus, quàm Regularibus, cujuscunque
„ ordinis, ſeu inſtituti dicto Carolo Thomæ
„ Cardinali obedientiam exhibentibus, con-
„ ſortium ullum, ſeu commercium haberent,
„ ſub pœna excommunicationis per contra-
„ venientes eô ipsô incurrenda, diſtrictè pro-
„ hibuit, ac interdixit. Quibus permotus,
„ aliisque pluribus ſupra dicti Laurentii rea-
„ tibus attentis, idem Carolus Thomas Car-
„ dinalis ipſum Laurentium excommunica-
„ tum publicè declaravit, & tanquam putri-
„ dum membrum à Chriſti fidelium conſortio
„ abſciſſum pronunciavit: Subinde verò præ-
„ dictum Joannem Epiſcopum non modò ejus-

„ dem Laurentii ſui aſſerti Vicarii Generalis
„ geſta temerè, ac perperam propugnantem,
„ ſed etiam ſecundùm duritiam ſuam, & im-
„ pœnitens cor theſaurizantem ſibi iram in
„ die iræ, ac peccatum ſuper peccatum adji-
„ cere non dubitantem, menſe Septembri An-
„ ni 1709. dilecto filio Promotore Fiſcali ſuæ
„ Apoſtolicæ viſitationis inſtante, ad compa-
„ rendum infrà annum in alma Urbe noſtra
„ coram nobis, ac ſe defendendum, & pur-
„ gandum de exceſſibus in præjudicium Eccle-
„ ſiæ, atque Apoſtolicæ ſedis prædictæ, & con-
„ tra proprium juramentum Epiſcopale com-
„ miſſis, nec non ad dicendum cauſam, qua-
„ re contra ipſum ad depoſitionis, aliasque
„ graviores pœnas arbitrio noſtro irrogan-
„ das, procedi non deberet, citari, ac mone-
„ ri juſſit & mandavit. Cùm eutem ea o-
„ mnia, quæ adverſus præfatum Carolum
„ Thomam Cardinalem, ſicut præmittitur,
„ decreta, geſtà, atque attentata fuerunt,
„ quæque profectò non nisì ſummo omnium
„ Chriſti fidelium horrore, ac mœrore audi-
„ ri poſſunt, intollerabilem prorſus Eccleſia-
„ ſticæ immunitatis Dei ordinatione & cano-
„ nicis ſanctioribus conſtitutæ, debitæque huic
„ ſanctæ ſedi obedientiæ violationem, imò po-
„ tiùs everſionem importent: adeóque Roma-
„ num Pontificem in ſuprema dictæ ſedis ſpe-

cula

„ cula cum potestatis plenitudine ab altissimo
„ collocatum, ad quem imprimis pertinent
„ damna, & offensæ, quæ Christis Domini
„ inferunt, ut in tanta ac tam gravi divini
„ omnis atque humani juris perturbatione
„ otiosum, ac desidem esse minimè patiantur.
„ Hinc est, quòd nos, qui ex commissi nobis
„ cœlitùs Pastoralis officii debito quorumcun-
„ que eidem Apostolicæ sedi, sanctæque Dei
„ Ecclesiæ competentium jurium, nec non qua-
„ rumvis Ecclesiasticarum personarum, præ-
„ sertim non minus insignium meritorum,
„ quàm sublimis in eadem Ecclesia gradus
„ splendore fulgentium, libertatis, ac digni-
„ tatis assertores in terris, ac Vindices à Do-
„ mino constituti sumus; tametsi dictus Ca-
„ rolus Thomas Cardinalis, quantùm sibi in-
„ ter illas, in quibus versabatur, angustias,
„ permissum fuit, ea omnia, quæ ad ipsius
„ strenuè, ac fideliter, ùt præfertur, imple-
„ re non prætermiserit, nihilominus Pontifi-
„ cii etiam judicii nostri accessione Ecclesia-
„ sticæ jurisdictionis indemnitati uberiùs con-
„ sulere, nostraque & dictæ sedis jura sarta,
„ tecta, atque illibata, quantùm nobis ex al-
„ to conceditur, enixiùs tueri, & conservare
„ cupientes, nec non omnium, & singulorum
„ in præmissis, seu eorum occasione tam ab
„ eisdem Joanne Episcopo, ac Laurentio Go-

„ mez ejus asserto Vicario Generali, quàm
„ à prædictis officialibus ac Ministris, aliisq;
„ quibuscunque personis sive Ecclesiasticis, si-
„ ve Laicis quommodolibet actorum, & ge-
„ storum seriem, cautas & circumstantias
„ etiam aggravantes, nec non officialium, Mi-
„ nistrorum, aliorumque præfatorum quali-
„ tates, dignitates, nomina, & cognomina,
„ aliàve quæcunque etiam specificam, & in-
„ dividuam mentionem, & expressionem re-
„ quirentia, præsentibus pro plenè, & suffici-
„ enter expressis, ac exactissimè, & accura-
„ tissimè specificatis habentes; motu proprio,
„ ac ex certa scientia, ac maturâ delibera-
„ tione, nostris, deq; Apostolicæ potestatis ple-
„ nitudine præfata omnia & singula decreta,
„ monitoria, ordinationes, literas, censuras,
„ declarationes, resolutiones, interdicta, man-
„ data, & edicta, ac alia quælibet tam à Jo-
„ anne Episcopo, ac Laurentio Gomez ejus as-
„ serto Vicario Generali, quàm ab officiali-
„ bus, & Ministris supradictis, aliisq; qui-
„ busvis personis tam sæcularibus, sive Eccle-
„ siasticis, sive Laicis, cujuscunque tandem
„ statûs, gradûs, conditionis, & dignitatis
„ fuerint, quàm cujusvis ordinis, congrega-
„ tionis, instituti, & societatis etiam JEsu,
„ Regularibus in præmissis, sive eorum occa-
„ sione adversus personam seu dignitatem su-

pra

„ *præ dicti Caroli Thomæ Cardinalis Commiſ-*
„ *ſarii, & Viſitatoris Generalis, ſeu aliàs in*
„ *præjudicium libertatis, immunitatis, & ju-*
„ *risdictionis Eccleſiaſticæ, atque autoritatis*
„ *Apoſtolicæ reſpectivè quovis modo edita,*
„ *promulgata, ſcripta, lata, acta, facta, ge-*
„ *ſta, & perpetrata cum omnibus, & ſingu-*
„ *lis inde ſecutis, & forſan quandocunque*
„ *ſecuturis, penitus & omnino nulla, irrita,*
„ *invalida, iniqua, injuſta, damnata, repro-*
„ *bata, inania, temeraria, & à non habenti-*
„ *bus poteſtatem damnabiliter attentata, ac*
„ *de facto præſumpta, nulliusque roboris, &*
„ *momenti, vel efficaciæ eſſe, & ab initio*
„ *fuiſſe, & perpetuò fore, neminemque ad*
„ *illorum obſervantiam teneri, imò nec ea à*
„ *quopiam obſervari poſſe, vel potuiſſe, ne-*
„ *que illa ullum ſtatum facere, vel feciſſe,*
„ *ſed perinde acſi nunquam emanâſſent, nec*
„ *facta fuiſſent, pro non extantibus, & non*
„ *factis perpetuò itidem haberi debere, teno-*
„ *re præſentium declaramus. Et nihilomi-*
„ *nus ad majorem & abundantiorem cau-*
„ *telam, & quatenus opus ſit, illa omnia &*
„ *ſingula motu, deliberatione, & poteſtatis*
„ *plenitudine paribus, harum ſirie damnamus,*
„ *reprobamus, revocamus, caſſamus, irri-*
„ *tamus, annullamus, & abolemus, viribus-*
„ *que & effectu penitus & omnino vacua-*

mus

„ mus, ac pro damnatis, reprobatis, revo-
„ catis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, &
„ abolitis, viribúsque & effectu penitus &
„ omnino vacuis semper habere volumus, &
„ mandamus. Firmas præterea, ac salvas
„ esse similiter volumus, atque decernimus,
„ quascunque censuras, & pœnas Ecclesia-
„ sticas sivè à jure, sive à præfato Carolo
„ Thoma Cardinale latas, & promulgatas,
„ quas præfati & alii quilibet, qui præmissa
„ perpetrârunt, nec non adhærentes, fauto-
„ res, & defensores eorum, sive qui illis
„ auxilium, consilium, vel favorem quomo-
„ dolibet præstitêrunt, propter eadem præ-
„ missa quovis modo incurrerunt, à quibus
„ post condignam Ecclesiæ præstitam satisfa-
„ ctionem, non nisi à nobis, seu Romano
„ Pontifice pro tempore existente, vel etiam
„ ab ipso Carolo Thoma Cardinale, aliove
„ Commissario & visitatore generali dicta-
„ rum partium similiter pro tempore existen-
„ ti (præterquam in mortis articulo, &
„ tunc cum reincidentia in easdem Censuras,
„ eo ipso, quo convaluerint) absolvi & libe-
„ rari valeant. Facultate insuper non so-
„ lùm nobis & hinc sanctæ sedi, sed etiam
„ ipsi Carolo Thomæ Cardinali, seu pro tem-
„ pore existenti Commissario, & Visitatori
„ Generali prædicto expressè reservata, qua-

tenus

„ *tenus illi minimè redierint ad eos, ſed in*
„ *ſua contumacia perſiſtentes cenſuras &*
„ *pœnas Eccleſiaſticas hujusmodi animo in-*
„ *durato, ad alia canonica, & ſeveriora*
„ *remedia quandocunque procedendi.*

„ *Decernentes etiam easdem præſentes li-*
„ *teras, & in eis contenta quæcunque, etiam*
„ *ex eo, quod præfati & alii quicunque in*
„ *præmiſſis, ſeu eorum aliqui jus, vel inter-*
„ *eſſe habentes, ſeu habere quommodolibet*
„ *prætendentes, cujusvis ſtatûs, gradûs, or-*
„ *dinis, præeminentiæ & dignitatis exiſtant,*
„ *ſeu aliàs ſpecifica, & individua mentione*
„ *& expreſſione digni, illis non conſenſerint,*
„ *nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæ-*
„ *que propter quas præſentes emanârint,*
„ *ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtifi-*
„ *catæ non fuerint, aut ex alia qualibet*
„ *etiam quantumvis juridica & privilegiata*
„ *cauſa, colore, prætextu, & capite etiam*
„ *in corpore juris clauſo, etiam enormis,*
„ *enormiſſimæ & totalis læſionis nullo unquam*
„ *tempore de ſubreptionis, vel obreptionis,*
„ *aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ,*
„ *vel intereſſe habentium conſenſus, aliovè*
„ *quolibet etiam quantumvis magno, & ſub-*
„ *ſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili*
„ *defectu notari, impugnari, infringi, re-*
„ *tractari, in controverſiam vocari, aut ad*

termi-

„ *terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperi-*
„ *tionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve*
„ *quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium*
„ *vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam mo-*
„ *tu, ſcientia, vel poteſtatis plenitudine paribus*
„ *conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio,*
„ *vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo*
„ *poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas,*
„ *validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuosque*
„ *plenarios, & integros effectus ſortiri, & obti-*
„ *nere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tem-*
„ *pore quandocunque ſpectabit, inviolabiliter, &*
„ *inconcuſsè obſervari; Sicque & non aliter in*
„ *præmiſſis per quoscunque judices ordinarios, &*
„ *delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici*
„ *Auditores, ac S. R. E. præfatæ Cardinales, etiam*
„ *de latere legatos, & ejusdem ſedis Nuntios,*
„ *aliosve quoslibet quacunque præeminentiâ, &*
„ *poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis,*
„ *& eorum cuilibet quovis aliter judicandi & in-*
„ *terpretandi facultate, & autoritate, judicari*
„ *& definiri debere, ac irritum, & inane, ſi*
„ *ſecus ſuper his à quoquam quavis autoritate,*
„ *ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.*
„ *Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit,*
„ *Noſtrâ, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de ju-*
„ *re quæſito non tollendo, aliisque Apoſtolicis, ac*
„ *in univerſalibus, Provincialibus, & Synodalibus*
„ *conciliis editis generalibus, vel Specialibus con-*
„ *ſtitutionibus, & ordinationibus, nec non Eccle-*
„ *ſiæ Macaonenſis, & quorumcunque ordinum,*
„ *congregationum, inſtitutorum, & ſocietatum,*

„ etiam JEſu, aliisve quibusvis, etiam juramento,
„ confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate
„ aliâ roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac
„ uſibus, & ſtylis etiam immemorabilibus, pri-
„ vilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis
„ Eccleſiæ Macaonenſis ordinibus congregationi-
„ bus, inſtitutis & Societatis, etiam JEſu, prædi-
„ ctis, illorúmque reſpective Præſulibus, ſuperio-
„ ribus, & perſonis, aliisque quibuslibet etiam
„ quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima men-
„ tione dignis, ſub quibuscunque verborum teno-
„ ribus, & formis, cum quibusvis, etiam deroga-
„ toriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus
„ efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibús-
„ que, & aliis decretls, etiam motu, ſcientia,
„ & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu ad qua-
„ rumcunque perſonarum etiam Imperiali, Regali
„ aliáve qualibet mundanâ, vel Eccleſiaſtica
„ dignitate fulgentium inſtantiam, aut earum
„ contemplatione, ſeu alias, ſeu aliàs quomodo-
„ libet in genere, vel in ſpecie etiam conſiſtoria-
„ liter in contrarium præmiſſorum conceſſis, edi-
„ tis, factis, ac pluries iteratis & quantiscunque
„ vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis.
„ Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro illorum
„ ſufficienti derogatione de illis, eorúmque totis
„ tenoribus ſpecialis, ſpecifica expreſſa, & indi-
„ vidua, ac de verbo ad verbum, non autem per
„ clauſulas generales idem importantes mentio,
„ ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua
„ alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret,
„ tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum,

nihil

„ *nihil penitus omisso, & formâ in illis tradita*
„ *observatâ, exprimerentur, & inserentur, præ-*
„ *sentibus pro plenè, & sufficienter expressis, &*
„ *insertis habentes, illis aliàs in suo robore per-*
„ *mansuris, ad præmissorum effectum hac vice*
„ *dumtaxat specialiter, & expressè derogamus,*
„ *ac derogatum esse volumus, cæterisque con-*
„ *trariis quibuscunque. Volumus autem, ut ea-*
„ *rundem præsentium literarum transumptis, seu*
„ *exemplis, etiam impressis, manu alicujus Nota-*
„ *rii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ec-*
„ *clesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem*
„ *prorsus fides tam in judicio, quam extra illud*
„ *ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus ad-*
„ *hiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.*

„ *Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo*
„ *Piscatoris die 15. Martii MDCCXI. Pontifica-*
„ *tus Nostri Anno XI.*

F. Oliverius.

„ Verba per Sanctissimum Dominum No-
„ strum *Clementem Papam XI.* habita in
„ consistorio secreto fer. IV. die 14. Octo-
„ bris Anno 1711. de obitu *Cardinalis de*
„ *Tournon.*

„ *VEnerabiles Fratres. Sæpiùs nos ex hoc loco*
„ *publica mala deflevimus: domesticam hodie*
„ *nostram, ac vestram itidem jacturam dolemus,*
„ *nisi tamen & publica dici illa mereatur, quæ*

cum

„ cum noſtra, & veſtra ſit, cenſeri etiam debet
„ univerſæ Eccleſiæ calamitas. Bene jam intel-
„ ligitis, de acerbo nos obitu Caroli Thomæ Car-
„ dinalis de Tournon verba facturos. Amiſimus
„ venerabiles fratres, amiſimus orthodoxæ reli-
„ gionis Zelatorem maximum, Pontificiæ Autori-
„ tatis intrepidum defenſorem, Eccleſiaſticæ di-
„ ſciplinæ aſſertorem fortiſſimum, magnam ordi-
„ nis Veſtri lumen & ornamentum. Amiſimus
„ filium noſtrum, fratrem Veſtrum, plurimis,
„ quos pro Chriſti cauſa ſuſcepit, laboribus at-
„ tritum: diuturnis, quas pertulit, ærumnis con-
„ fectum, contumeliis, quas forti, magnó-
„ que animo ſuſtinuit, innumeris, velut au-
„ rum in fornace probatum. Hæc tamen ſi re-
„ tè perpendantur, tantum abeſt, ut ad cumu-
„ landum luctum noſtrum ſint apta, ut potiùs
„ omnem doloris ſenſum ab animis noſtris ab-
„ ſtergant. Neque enim, juxta monitum Apo-
„ ſtoli, contriſtari de dormientibus debemus, ſicut
„ & cæteri, qui ſpem non habent. Pretioſam in
„ conſpectu domini piiſſimi Cardinalis mortem
„ fuiſſè, juſtè ſperare nos jubet eximius ille ca-
„ tholicæ fidei propagandæ Zelus, quo ubi primum
„ ad Apoſtolicum Miniſterium à Deo vocatus per
„ nos fuit, illicò humiliter obtemperans, Aulam,
„ Urbem, Parentes, Conſanguineos, Amicos, ea-
„ que omnia, quæ natura cuique gratiſſima fa-
„ cit, alacri, ſicut noſtis, animo dereliquit, lon-
„ giſſimóque itineri, ac periculorum pleno ſe
„ committere non dubitavit. Sperare nos jubet
„ ardens illa charitas, qua tot remotiſſimis ter-

rarum

„ rarum, mariúmque ſpatiis peragratis, nun-
„ quam fecit animam ſuam pretioſiorem, quàm
„ ſe: ac foras miſſo timore, locutus fuit de te-
„ ſtimoniis Domini, in conſpectu Regum & non
„ fuit confuſus, ſempérque in tribulationibus gau-
„ dens, pergratum Deo, & Angelis ejus Spectacu-
„ lum exhibuit. Sperare nos jùbet excelſus ille
„ humanarum rerum contemptus, quo Ampliſſi-
„ mam dignitatem, ad quam, ſuis ità abunde
„ exigentibus meritis, à nobis evectus fuerat, &
„ à qua nihil aliud, quàm pro Eccleſia, & pro
„ Chriſto usque ad ſanguinis effuſionem incluſivè,
„ imperterritè decertandi onus, ac monitum ac-
„ ceperat, dimiſſurum ſe potiùs quàm in Europam,
„ Miſſionibus Sinicis derelictis, remigraturum,
„ ſeriò ad nos ſcripſit, & palam profeſſus fuit.
„ Sperare nos jubet ſingularis illa pietas, qua in
„ ſupremis ſuis tabulis, relictâ pauperibus pe-
„ cuniâ, conſanguineis legatâ cruce, propagandæ
„ fidei opus verè ſanctiſſimum ex aſſe ſcripſit hæ-
„ redem; illuſtre nobis documentum relinquens,
„ quæ & qualia eſſe debeant eorum teſtamenta,
„ qui de altari vixerunt, & Eccleſiæ Miniſteriis
„ ſe addixerunt. Sperare nos demum jubet in-
„ victa illa Sacerdotalis roboris conſtantia, qua
„ Vir verè Apoſtolicus, tametſi ſuſtentaretur pane
„ tribulationis, & aqua angustiæ, officium tamen
„ ſuum nunquam dimiſit, ac non minùs diuturnæ
„ Cuſtodiæ injuriis, quàm aliis graviſſimis vexa-
„ tionibus ad ſupremum usque vitæ Spiritum, for-
„ titer toleratis, bonum certamen certavit, cur-
„ ſum conſummavit, fidem ſervavit. Quid ergò

reli-

„ *reliquum est, nisi quod & meritò etiam spere-*
„ *mus, repositam ei fuisse coronam justitiæ? Ità*
„ *sanè, & justè sperare nos convenit. Verùm*
„ *quia id facit humana fragilitas, ut demum*
„ *mundano pulvere etiam religiosa corda sæpe*
„ *sordescant, nostras pro defuncti Cardinalis ani-*
„ *ma ad Deum preces, atque suffragia deesse,*
„ *Christianæ charitatis ratio non patitur. Id &*
„ *privatim hactenus nos ipsius sæpiùs agere non*
„ *amissimus, ac ut aliquid præter morem ergà*
„ *insuetæ virtutis Viri memoriam peragamus,*
„ *publicis insuper in Pontificio Nostro Sacello exe-*
„ *quiis stata die Vobis indicenda solemni ritu*
„ *præstabimus. Firmam interim in spem addu-*
„ *cimur, fore ut Cardinalis de Tournon Sinensem*
„ *Missionem, quam vivens dilexit, etiam è cœle-*
„ *sti Statione benignô vultu respicere non de-*
„ *dignetur, suaque ope id in primis efficiat,*
„ *ut quod ipse anxiis adeò votis exoptavit,*
„ ***avulsis tandem ex illo agro, quæ***
„ ***inimicus homo superseminavit,***
„ ***Zizaniis,*** *Catholicæ fidei seges illic reflo-*
„ *rescat, & ad majorem divini nominis gloriam*
„ *uberius in dies multiplicetur.*

„ Responsa S. Congregationis Universalis
„ Inquisitionis *à SS. D. N. Alexandro VII.*
„ approbata, ad quæsita Missionariorum
„ Societatis JEsu apud Sinas An. 1656.
„ die 23. Martii.

„ AB aliquibus in Regno Sinarum Missiona-
„ riis proposita fuerunt An. 1645. S. Con-

„ gregationi de propaganda fide infra ſcri-
„ pta, & alia quàm plurima quæſita, quæ S.
„ Congregationi ſupremæ, & univerſalis in-
„ quiſitionis de mandato Ssmi transmiſſa, ſin-
„ gula fuerunt à Theologis qualificatoribus
„ qualificata, & unicuique ſuum reſponſum
„ adoptatum in hunc qui ſequitur modum.

„ Et Primo: Utrum Chriſtiani Chinen-
„ ſes ſint obligati ad obſervantiam juris po-
„ ſitivi, quantum ad jejunia, confiteri ſemel
„ in anno, & communicare, feſta ſervare eô
„ modô, quo obligantur Indi in nova Hiſpa-
„ nia, & in Inſulis Philippinarum juxta di-
„ ſpoſitionem Papæ *Pauli III.* pro Indis Occi-
„ dentalibus & Meridionalibus.

„ Cenſuerunt jus poſitivum Eccleſiaſti-
„ cum de jejuniis abſolutè obligare Chinen-
„ ſes Chriſtianos, & à Miſſionariis hoc eſſe
„ illis enuntiandum: attentâ verò religionum,
„ & perſonarum qualitate, locum eſſe (ſi
„ ſanctiſſimo placuerit) diſpenſationi, quæ
„ fuit aliàs à Felicis Recordat. Paulo III. In-
„ dis conceſſa; qua obtentâ, ſatagant Miſſio-
„ narii S.M.E. pietatem illis, patefacere, qui-
„ bus ea, quæ in univerſum indixit, magna
„ ex parte benignè remittit & indulget. Cen-
„ ſuerunt etiam, præfatos Chinenſes obliga-
„ ri ad Sacramentalem confeſſionem ſemel
„ in anno, & Miſſionarios hujusmodi obli-
„ gationem debere eis notificare. Idem pror-
„ ſus cenſuerunt quo ad Sacram communio-
„ nem ſemel in anno ſumendam: quo verò

„ ad

„ ad executionem tempore ſtatuto, hoc eſt
„ in paſchate, id eſſe intelligendum, nisì le-
„ gitimum adſit impedimentum, aut grave
„ periculum immineat. Curandum tamen
„ ut infra duos, vel tres menſes, ante vel poſt,
„ paſchati proximos, quatenus ſinè diſcrimi-
„ ne fieri poſſit; ſin minus, alio quovis tem-
„ pore infra decurſum unius anni à paſchate
„ inchoandi omninò communicent. Demum
„ cenſuerunt Chinenſes ad fidem conver-
„ ſos teneri omnino, feſta ſervare, Miſſio-
„ narios etiam teneri hoc eis notificare, lo-
„ cum tamen eſſe (ſi Sanctiſſimus annuat)
„ limitandi eis numerum dierum feſtorum,
„ juxta formam privilegii à Paulo III. Indis
„ conceſſi.

„ *Secundò*: utrum in prædicto regno Mi-
„ niſtri Evangelici pro nunc ſaltèm in Sacra-
„ mento Baptiſmi poſſint abſtinere ab impo-
„ nendo mulieribus oleum ſanctum Cathe-
„ chumenorum, ſputum in cruribus, & ſal
„ in ore; Inſuper & non adminiſtrare eisdem
„ mulieribus ſacramentum extremæ unctio-
„ nis. Et ratio dubitandi eſt, quia Chinen-
„ ſes magno Zelo ducuntur ergà uxores, fi-
„ lias & alias mulieres, & ſcandalum ſument
„ ex hujusmodi actionibus.

„ Cenſuerunt, & Sacramentalia in Ba-
„ ptiſmo mulierum eſſe adhibenda, & extre-
„ mam unctionem eſſe mulieribus conferen-
„ dam; nec ſufficere motivum in dubitatio-
„ ne expreſſum, ut Miſſionarii, quantùm in

„ ſe

„ ſe eſt, ab his abſtineant. Curandum ergò,
„ ut tam ſalubres ritus, & ceremoniæ intro-
„ ducantur, & obſerventur; ac Miſſionarii
„ tali circumſpectione illa adminiſtrent, ho-
„ minésque talibus inſtruant documentis, ut
„ ab omni ſuſpicione inhoneſtatis liberentur.

„ *Octavò.* In prædicto regno habent Chi-
„ nenſes quendam magiſtrum in Philoſophia
„ morali literatum, qui olim diſceſſit è vita
„ vocatum Kum Fû cù, qui ob doctrinam, re-
„ gulas, & documenta adeò in toto regno
„ acceptus eſt, ut eum tam Reges, quàm o-
„ mnes alii cujuſcunque conditionis & gra-
„ dus ſint, ſibi proponant imitandum & ſe-
„ quendum, ſaltèm quo ad ſpeculativum, &
„ quem tanquam ſanctum venerantur & lau-
„ dant; in omníque civitate, & villa præfa-
„ to magiſtro templa ſunt erecta: Guberna-
„ tores verò bis in anno tenentur in ejus
„ templo ſolemne ſacrificium offerre, ſacer-
„ dotis ipſimet gerentes officium, & ſinè ſo-
„ lemnitate in anni decurſu bis in menſe, con-
„ currúntque cum illis aliqui ex literatis pro
„ adminiſtratione eorum, quæ in tali ſacri-
„ ficio offerunt: quæ quidem ſunt ſus unus
„ integer mortuus, cæpra una integra, cande-
„ læ, vinum, flores, odores &c. Item o-
„ mnes literati, quando accipiunt gradum,
„ debent ingredi templum iſtius magiſtri, &
„ facere genuflexiones, & offerre ante ejus
„ altare ex candelis & odoribus. Totus iſte
„ cultus, ſacrificium, & reverentia ſecun-

dum

„ dùm omnium illarum gentium formalem
„ intentionem dirigitur in gratiarum actio-
„ nem pro bonæ ipsius relictis doctrinæ do-
„ cumentis, atque ut ab eo impetrent ex ip-
„ sius meritis optimi ingenii felicitatem, sa-
„ pientiæ & intellectûs. Quæritur, utrum
„ Gubernatores, qui Christiani sunt, vel fue-
„ rint, & litterati, vocati & coacti possint in-
„ gredi præfatum templum, facere tale sacri-
„ ficium, vel assistere hujusmodi sacrificio,
„ vel facere genuflexiones, ante altare illud,
„ vel accipere aliquid de idolotythis, & ob-
„ lationibus illis, maximè quia putant illi in-
„ fideles, quòd quicunque manducaverit ex
„ talibus idolotythis, habebit progressum
„ magnum in suis literis, & gradibus; & si
„ portantes crucem in manibus possint licitè
„ hoc facere eô modô, quo dubitatione su-
„ periori dictum est? quia si hoc illis prohi-
„ betur, erit tumultus in populo, ministri e-
„ vangelii in exilium mittentur, & conver-
„ sio animarum impedietur, & extinguetur.

„ Censuerunt non licere, nec posse ali-
„ quo prætextu contento in dubio Christia-
„ nis permitti.

„ *Nonò*. Inviolabilis observantiæ mos est
„ apud Chinenses, tanquam doctrina à su-
„ pradicto Magistro Kum Fû cù tradita, quòd
„ in omnibus Chinæ populis, templa con-
„ structa habeant avis, & progenitoribus su-
„ is defunctis dicata, & in unoquoque eo-
„ rum omnes, qui hujusmodi familiæ sunt,

„ bis in anno congregantur, & præfatis ſuis
„ progenitoribus ſolemnia ſacrificia faciant,
„ magno cæremoniarum apparatu; & in alta-
„ ri multis candelis, floribus & odoribus ad-
„ ornato, imaginem ſive effigiem parentis,
„ vel avi defuncti collocant; in quo ſacrificio
„ invenitur, & qui facit ſacerdotis officium
„ & miniſtri illius, offeruntque carnes, vinum,
„ candelas, odoramenta, capita caprarum
„ &c. Hoc autem ſacrificium ex communi
„ illarum gentium intentione dirigitur, ut
„ præfatis eorum genitoribus gratias reddant,
„ honorem & reverentiam exhibeant, ob be-
„ neficia ab eis accepta, & ab illa, quæ ab eis
„ accipere ſperant. Unde ante altare pro-
„ ſtrati deprecationes multas faciunt, poſtu-
„ lantes ſanitatem, longam vitam, abundan-
„ tiam fructuum, filiorum multiplicationem,
„ proſperitatem magnam, & ut ab omnibus
„ adverſitatibus liberentur. Quòd quidem
„ ſacrificium in domibus ſuis, & in ſepulchris
„ mortuorum etiam fit, minore tamen ſo-
„ lemnitate. Quæritur utrum Chriſtiani fi-
„ ctè, & exteriùs tantùm, ùt ſuprà dictum
„ eſt, poſſint aſſiſtere hujusmodi ſacrificio,
„ ſive in templo, ſive in domo, vel ſepulchro,
„ publicè vel privatim, & exercere aliquod
„ miniſterium in illo, cum infidelibus com-
„ mixti, vel quonam modo hoc poterit per-
„ mitti Chriſtianis illis; ne ſi omnino prohi-
„ beantur hoc facere, fidem perdant, vel ùt

„ me-

„ meliùs dicam, avertant ſe ab actionibus ex-
„ terioribus Chriſtianorum.

„ Cenſuerunt Chriſtianis Chinenſibus
„ nullatenus licere fictè, vel exteriùs aſſiſte-
„ re ſacrificiis in honorem Progenitorum,
„ neque eorum deprecationibus, aut quibus-
„ cunque ritibus ſuperſtitioſis gentilium er-
„ gà ipſos multo minùs licere circa præfata
„ miniſterium aliquod exercere.

„ Cæterùm, cùm miſſionarii Societatis
„ JEſu in prædicto regno tunc temporis au-
„ diti non fuerint: annô elapsô 1655. eidem
„ S. Congregationi de propaganda fide præ-
„ dicta quatuor quæſita propoſuêre. Cùm
„ ex facti diverſitate, quæ unicuique quæſi-
„ to eſt oppoſita &c. Res ad eandem S. Con-
„ gregationem ſupremæ Univerſalis inquiſi-
„ tionis, jubente Ssmo Domino Noſtro re-
„ miſſa. Eodem Sacra Congregatio, auditis
„ qualificatorum votis, in ſequentem ſenten-
„ tiam reſpondit:

„ Primò quæritur, utrum Miſſionarii
„ novis Chriſtianis, quàm primum baptizan-
„ tur, debeant intimare jus poſitivum tan-
„ quam obligatorium ſub peccato mortali,
„ quantum ad jejunia, feſta ſervare, & con-
„ fiteri ſemel in anno, ac communicare? Du-
„ bitandi ratio circa jejunium eſt, quia Sinæ
„ inde ab infantia ter in die comedere con-
„ ſueverunt, ad quod levitas cibi cogit. Præ-
„ fecti verò jejuni tribunalia adire deberent,
„ quæ frequentant ab octava matutina ad ſe-

„ cundam pomeridianam ; quod illis esset o-
„ mnino impossibile. Circa festa, confessio-
„ nem & communionem dubitandi ratio est,
„ quia maxima Christianorum pars laborare
„ debent, ut victum lucrentur, & sæpe co-
„ guntur Christiani ab infidelibus Præfectis
„ festis diebus subire varios labores. Ipsi
„ Præfecti Christiani tribunalia frequentare
„ debent etiam diebus, qui apud nos festi
„ sunt, sub pœna privationis officii. Mission-
„ narii sunt pauci numero, regnum vastissi-
„ mum, ideò quàm plures Christiani missam
„ audire diebus festis, confiteri semel in an-
„ no, & communicare non possunt.

„ Sacra Congregatio NB. juxta ea, quæ
„ superiùs proposita sunt, censuit: jus positi-
„ vum Ecclesiasticum quoad jejunia, observa-
„ tionem festorum, Sacramentalem confes-
„ sionem, & Communionem semel in anno
„ esse à Missionariis Sinensibus Christianis
„ notificandum, ut obligatorium sub pecca-
„ to mortali : posse tamen simul explicare
„ causas, propter quas excusantur fideles ab
„ observatione præceptorum, & si Sanctissi-
„ mo placuerit, posse concedi Missionariis
„ facultatem dispensandi in casibus particula-
„ ribus tantùm, eorum arbitrio.

„ *Secundò* quæritur, utrum omnia Sa-
„ cramentalia in baptismate fœminarum ad-
„ ultarum adhibenda sint? Quæritur iterum,
„ utrum sufficiat fœminis petentibus tantùm
„ extremæ unctionis Sacramentum confer-

re?

„ re ? Quæritur iterum , num etiam peten-
„ tibus negandum , cum incommoda , & pe-
„ ricula Chriſtianitatis totius prudenter fu-
„ tura prævidentur ? Ratio dubitandi eſt , in-
„ credibilis apud Sinas fæminarum modeſtia,
„ Zelus & laudabilis earum ab omni viro-
„ rum , non ſolùm congreſſu , ſed & aſpectu
„ fuga , qua in re , niſi magna adhibeatur à
„ Miſſionariis cautela , ſcandalum ingens Si-
„ nis datur , totáque Chriſtianitas evidentiſ-
„ ſimo periculo poſſet exponi.

„ Sacra Congregatio NB. juxta ea , quæ
„ ſuperiùs propoſita ſunt , cenſuit NB. ex gra-
„ vi neceſſitate proportionata poſſe omitti
„ quædam Sacramentalia in baptiſmate fæ-
„ minarum , ac etiam poſſe omitti ipſum Sa-
„ cramentum extremæ unctionis.

„ *Tertiò* quæritur , num accipiendorum
„ graduum Cæremoniam , quæ fit in aula
„ Confucii, Chriſtiani literati licitè agere va-
„ leant ? nam nullus intervenit ſacrificulus,
„ vel ex ſecta idololatrica Miniſtellus , nihil
„ omnino fit ab idololatris inſtitutum , ſed ſo-
„ li ſtudioſi & Philoſophi conveniunt , Con-
„ fucium tanquam Magiſtrum ſuum agno-
„ ſcentes *civilibus ac politicis ritibus* , ex ſua
„ prima inſtitutione *ad merum cultum civilem*
„ inſtitutis. Omnes enim graduandi ſimul
„ aulam Confucii ingrediuntur , in qua eos
„ expectant Cancellarii Doctores , ac exami-
„ natores , ibi ſimul omnes ante nomen Phi-
„ loſophi , nihil omnino offerendo , illas fa-

ciunt

„ ciunt Cæremonias, & inclinationes more
„ Sinico, quas omnes discipuli faciunt suis
„ Magistris vivis, atque ità, cognito Philo-
„ sopho Confucio pro Magistro, gradus ac-
„ cipiunt à Cancellariis ac discedunt. Præ-
„ terea aula illa Confucii, Gymnasium est,
„ & non templum propriè dictum; nam clau-
„ sa omnibus est præterquam studiosis.

„ S. Congregatio NB. juxta ea, quæ su-
„ perius proposita sunt, censuit permitten-
„ das Sinensibus Christianis prænominatas
„ Ceremonias, quia videtur cultus esse me-
„ rè civilis, & politicus.

„ Quartò quæritur, num Cæremoniæ,
„ quæ sunt, ex philosophorum placitis, circa
„ defunctos, Christianis permitti possint, pro-
„ hibendo quidquid superstitiosum accessit?
„ Quæritur iterum num Christiani simul cum
„ infidelibus consanguineis easdem licitas cæ-
„ remonias facere possint? Quæritur iterum
„ num adesse possint, præcipuè factâ fidei
„ protestatione, quando infideles etiam su-
„ perstitiosa peragunt, non cooperando aut
„ authorizando, sed quia valde notaretur, si
„ consanguinei tunc abessent, & essent ini-
„ micitiæ causa, ac odii? Sinæ nullam divini-
„ tatem animabus defunctorum concedunt,
„ nihil ab illis sperant, aut petunt. Triplex
„ est modus, quibus defunctos suos hono-
„ rant. Primus est, cùm aliquis moritur,
„ sive Christianus sit, sive gentilis, pro in-
„ violabili more habetur, in domo defuncti

quod-

„ quoddam altare præparare, in eodemque
„ imaginem ſeu tabellam collocare, in qua
„ ejus nomen ſcriptum eſt, cum ornatu odo-
„ rum, florum, & candelarum, retróque ca-
„ daver feretro incluſum ponere. Omnes
„ autem, qui ad condolendum domos illas
„ ingrediuntur, coram præparatá tabella, &
„ defuncti imagine ter, vel quater genuflec-
„ tunt, humi ſe ſe proſternentes, capitibus
„ uſque ad terram demiſſis; aliquas ſecum
„ candelas aſportantes, & odoramenta, ut in
„ præparato illo altari, ſeu potius tabula co-
„ ram defuncti imagine conſumentur, & com-
„ burantur. Secundus modus eſt, qui fit bis
„ in anno in Avorum & Progenitorum ſuo-
„ rum aulis (ita Sinæ vocant, & non tem-
„ pla, hoc enim tſu tang ſonat) quæ verè fa-
„ miliarum memoriæ, & monumenta ſunt.
„ Has Soli habent magnates, aut ditiores con-
„ ſanguinitates, in eis nullus ſepelitur mor-
„ tuus, ſed in montibus, Sola ergò intus eſt
„ nobilioris Proavi imago, deinde ſupra gra-
„ dus alios aliis altiores diſpoſitæ ſunt tabel-
„ læ ad palmi altitudinem, in quibus omni-
„ um in illa familia defunctorum nomina,
„ qualitas, Sexus, ac ætas inſcripta ſunt, dies-
„ que mortis, etiam infantium & puellarum.
„ In hoc ergò aula bis in anno conſanguinei
„ omnes conveniunt, ex quibus ditiores of-
„ ferunt carnes, vinum, candelas, qui has
„ aulas habere non poſſunt, defunctorum
„ ſuorum tabellas domi ſervant, vel in loco

„ par-

„ particulari, vel etiam ſupra altare, ubi ſunt
„ Sanctorum imagines, quia ob loci, ac do-
„ mûs parvitatem alium locum non habent,
„ quas tamen nec venerantur, nec quibus
„ offerunt quidquam, ſed ex defectu alte-
„ rius loci ibi ſunt; Cæremoniæ enim illæ ſu-
„ pradictæ à Sinis non fiunt, nisi in aula de-
„ functorum, quàm ſi non habent, etiam
„ cæremonias omittunt. Tertius modus eſt,
„ qui fit ad mortuorum ſepulchra, quæ o-
„ mnia in montibus ſunt extra mænia, juxta
„ Regni leges. Ad hæc filii, aut affines, ac-
„ cedunt ſemel ſaltèm in anno, circa initium
„ Maij; herbas & gramina circa ſepulturas
„ nata erudicant, purgant, plorant, deinde
„ ejulantur, genuflexiones, ut in primo mo-
„ do dictum eſt, faciunt, cibos coctos, vi-
„ númque diſponunt, mox finitis lacrymis,
„ edunt, ac bibunt.

„ S. Congregatio NB. juxta ea, quæ ſu-
„ periùs propoſita ſunt, cenſuit, poſſe tolera-
„ ri Sinas converſos adhibere dictas cæremo-
„ nias ergà ſuos defunctos, etiam cum Gen-
„ tilibus, NB. ſublatis tamen ſuperſtitioſis.
„ Poſſe etiam aſſiſtere tantùm cum gentili-
„ bus, quando agunt ſuperſtitioſa NB. præ-
„ ſertim factâ fidei proteſtatione, NB. & ceſ-
„ ſante periculo ſubverſionis NB. & quando
„ aliter odia, & inimicitiæ vitari non poſſunt.

Feria V. Die 23. Martii A. 1656.

„ IN congregatione Generali S. Romanæ, &
„ universalis inquisitionis, habita in pala-
„ tio Apostolico apud S. Petrum coram San-
„ ctissimo Domino Nostro Domino Alexan-
„ dro VII. ac Eminentissimis & Reverendis-
„ simis DD. S. R. E. Cardinalibus, in tota
„ Republ. Christiana adversus hæreticam pra-
„ vitatem Generalibus Inquisitoribus à S. Se-
„ de Apostolica specialiter deputatis. Facta
„ relatione suprascriptorum quæsitorum, unà
„ cum responsis, & resolutionibus S. Congre-
„ gationis, Sanctissimus Dominus Noster Ale-
„ xander Papa VII. prædictus præfata respon-
„ sa & resolutiones approbavit.

Joannes Lupus S. Rom. & universalis Inquisitionis Notarius.

(L. S.)

„ Ad hoc NB. Signum Lector impartialis spe-
„ cialiter debet reflectere, quibus scilicet
„ verbis, & restrictionibus, suppositâ veri-
„ tate relatorum S. Congregatio censue-
„ rit permittendos esse ritus Sinenses, ut
„ ulteriori veritatis indagini locus relin-
„ queretur.

„ Man-

„ Mandatum seu edictum D. Coroli Maigrot „ Vicarii Apostolici Fokinensis in Regno „ Sinarum nunc Episcopi Cononensis.

„ CArolus Maigrot, Sacerdos Vicarius Apo-
„ stolicus Fokiensis, Sacræ Facultatis Pa-
„ risiensis Doctor, sociúsque Sorbonicus,
„ omnibus Vicariatûs nostri Consacerdoti-
„ bus, salutem in eo, qui est omnium vera
„ salus. Ex quo in Sinarum imperium, Deo
„ favente, appulimus, nobis semper hæc Vica-
„ riorum Apostolicorum solicitudinis præci-
„ pua pars visa est, ut diversis quæstionibus,
„ de quibus inter Missionarios jam diu con-
„ trovertitur, finem si fieri posset, afferrent;
„ Sin minus regulam Missionariis traderent,
„ quæ donec Apostolica sedes controversiam
„ dijudicaret, æquali ab omnibus usu & ra-
„ tione servaretur. Neque enim, quod sæ-
„ piùs gementes conspeximus, sinè magno
„ Ecclesiarum istarum detrimento accidit, ùt
„ Evangelii ministri in rebus, quæ ad Dei cul-
„ tum, & idololatriæ extirpationem attinent,
„ inter se consentiant; ut quod alii sinè ido-
„ lolatriæ labe fieri posse non putent, hoc
„ alii Christianos facere permittant, aut etiam
„ ad faciendum adhortentur; utque illi ipsi,
„ qui certos usus superstitiosos esse arbitran-
„ tur, eosdem pro bono pacis interdum tole-
„ rent: è qua mali tolerantia malum radices
„ agere, atque indies incrementum accipe-
„ re, diuturna experientia cognovimus. Et
„ quidem plerique Vicariatûs nostri Missio-

narii

„ narii hanc, in quæſtionibus tanti momenti,
„ non ſententiarum modo diſcrepantiam, ſed
„ praxis & usûs diſſimilitudinem tolli magno-
„ pere cupientes, noſtram pro eo, quo in-
„ digni fungimus Vicarii Apoſtolici munere
„ ſententiam ſciſcitati ſunt: ac nè continuis
„ conſcientiæ ſcrupulis, & angoribus preme-
„ rentur, *aliquid ſaltem per interim à nobis de-*
„ *cerni inſtiterunt.* Rerum autem gravitas
„ fecit, ut non ità citò reſponderimus, at-
„ que illi exoptabant. Etſi enim jam à mu-
„ to tempore Bon. Mem. Epiſcopi Heliopo-
„ litani, olim Vicarii Apoſtolici Fokienſis, &
„ Sinarum Miſſionum Generalis Adminiſtra-
„ toris juſſu, cùm ſuas nobis vices deman-
„ daret, his rebus incumberemus, nova ta-
„ men, & acrior diligentia, poſtquam ad Apo-
„ ſtolicum Vicariatum à S. Sede electi fuimus,
„ adhibenda eſſe viſa eſt. Qua in re id verè
„ affirmare poſſumus, nihil à nobis ſponte
„ prætermiſſum fuiſſe, ut ſive ex ſinicis fon-
„ tibus, ſive ex commentariis, hoc in gene-
„ re Europæ idiomate conſcriptis, quoscun-
„ que habere potuerimus, ſive ex erudito-
„ rum Virorum conſortio, veritatem inda-
„ garemus. Et quod omnium maximè ne-
„ ceſſarium eſt, Deum jugi Sacrificio, & aſſi-
„ duis precibus obſecravimus, ut tenebras
„ noſtras illuminaret, & ſemitas ſuas, quod-
„ que placitum & acceptum eſt, in oculis
„ ſuis, edoceret. Cùm itaque decretis, &
„ conſtitutionibus Apoſtolicis ſancitum ſit,

„ ad Apoſtolicos Vicarios ſpectare, ut iis, „ quæ ad cultum divinum, & bonos mores „ pertinent, intra ſuorum Vicariatuum fines „ provideant, ut hac in parte officio noſtro „ faciamus ſatis, omnibus & ſingulis Vicaria- „ tûs noſtri Miſſionariis obſervanda præcipi- „ mus, quæ ſequuntur: *donec aliter ab Apoſto- „ lica ſede decretum fuerit.*

„ *Primò.* Excuſſis nominibus europæis, „ quæ non niſi barbaro quodam modo ſini- „ cis literis, & vocibus exprimi poſſunt, „ Deum optimum maximum longo uſu re- „ cepto nomine *Tien chu, cœli dominum* appel- „ landum eſſe ſtatuimus, ità ut duæ aliæ ſi- „ nicæ voces *Tien cœlum*, & *Xang Ti ſupremus „ imperator*, prorſus repellantur, multò minus „ affirmetur, id quod Sinæ præfatis nomini- „ bus *Tien* & *Xang Ti* intelligunt, Deum eſſe, „ quem Chriſtiani colunt.

„ *Secundò.* Diſtrictè prohibemus, nè in ul- „ la Eccleſia, tabella quædam, cui hæ duæ „ literæ *cœlum colito, King Tien* inſcriptæ ſunt, „ appendatur, & ubicunque appenſa fuerit, „ intra duos menſes aufferri mandamus, cum „ aliis ejusdem ſenſus tabellis, & verſibus, in „ quibus nomina *Tien*, & *Kang Ti* affiguntur. „ Ac noſtro quidem judicio, cùm omnes il- „ læ tabellæ, tum ea imprimis, quæ literas „ *King Tien* continet, ab idololatria excuſa- „ ri non poſſint. Tametſi verò non ità cer- „ ta res eſſet, ac nobis videtur, vel ipſa pe- „ riculi ſuſpicio, nè ab Evangelii Miniſtris

„ abomi-

„ abominatio deſolationis in loco ſacro col-
„ locetur, nos ab ejusmodi tabellis deterre-
„ re debet; maximè cum experientia nobis
„ conſtet, eos Vicariatûs noſtri miſſionarios,
„ quorum in Eccleſiis illæ tabellæ non ha-
„ bentur, nihilo ad evangelium prædican-
„ dum imparatiores eſſe, nec minorem quam
„ alii, laborum ſuorum fructum percipere.

„ *Tertiò.* Quæſita ſuper capitibus ſummo
„ Pontifici Alexandro VII. propoſita, multis
„ in rebus non eſſe veridica declaramus, ac
„ proinde Miſſionarios reſponſis ab Apoſtoli-
„ ca ſede, rectè quidem, & ſapientes ac
„ juxtà circumſtantias in dubiis expreſſas
„ datis, inniti non poſſe, ad uſitatum apud
„ Sinas Confucii, & progenitorum cultum
„ permittendum.

„ *Quartò.* Miſſionarii nullatenus, nullâque
„ de cauſa Chriſtianis permittant Solemni-
„ bus, quæ ſemel & iterum ſingulis annis
„ Confucio, & progenitoribus offerri ſolent,
„ Sacrificiis, ſeu oblationibus præeſſe, mini-
„ ſtrare, aut intereſſe; quas oblationes ſu-
„ perſtitione imbutas eſſe declaramus.

„ *Quintò.* Miſſionarios, qui in locis, ubi
„ evangelio operam navant, tabellarum in
„ defunctorum honorem privatis in domi-
„ bus erectarum uſum abolere ſtuduerunt
„ magnopere laudamus, atque ut eo, quo
„ cœperunt pede impoſterum pergunt, ad-
„ hortamus: ubi verò hunc tollere diffici-
„ liùs erit, ad hoc res ſaltèm temperamen-

„ tum revocetur, ut ſublatis literis *Xin Chu*,
„ *Xin Goei*, *Ling Goei*, ſolummodò defuncti
„ nomen tabellæ inſcribatur, aut ad ſummum
„ litera *Goei* ſuperaddatur, ac nè hujusmodi
„ tabella (quam in prædicta forma, donec
„ Apoſtolica ſedes de re ipſa judicaverit, non
„ omnino reprobamus) ſuperſtitiosè acci-
„ piatur, in loco, ubi tabellæ privatis in do-
„ mibus erigi ſolent, ſcripta majoribus ca-
„ racteribus declaratio apponatur, in qua &
„ quæ ſit Chriſtianorum de defunctis fides,
„ & qualis filiorum ac nepotum in progeni-
„ tores pietas eſſe debeat, enuntietur, cujus
„ declarationis formam ad hujus mandati
„ calcem tradidimus : neque tamen prohi-
„ bemus aliam ejusdem Sensûs apponi, ſi
„ modò prius à nobis approbata fuerit.

„ *Sextò.* Cùm nonnulla ſeu verbo, ſeu
„ ſcripto vulgari animadverterimus, quæ in-
„ cautos in errorem inducunt, & viam ad ſu-
„ perſtitionem patefaciant, v. g. *Philoſophiam,*
„ *quam Sinæ profitentur, ſi bene intelligatur, ni-*
„ *hil habere legi Chriſtianæ contrarium. Nomine*
„ *Tay Kie Sapientiſſimos priſcos Deum cauſam*
„ *primam rerum omnium definire voluiſſe. Cul-*
„ *tum, quem Confucius Spiritibus adhibuit, civi-*
„ *lem potiùs, quàm religioſum fuiſſe. Librum,*
„ *quem Sinæ Je King appellant, ſummam eſſe opti-*
„ *mæ doctrinæ phyſicæ & moralis.* Hæc & ſi-
„ milia uti falsò, temerè, & ſcandalosè dicta
„ ſcriptave, diſtincte inhibemus, nè in toto
„ vicariatu noſtro diſſeminentur.

Septimò.

„ *Septimò*. Caveant missionarii, ne qui Chri-
„ stiani Sinicos libros in scholis legunt, atheis-
„ mum, & diversas superstitiones, quibus il-
„ li libri, tam in textu, quàm in commen-
„ tariis, scatent, in auditorum animos infun-
„ dant, sed illos missionarii admoneant, ut
„ obvios errores refutent, & errorum occa-
„ sione, quæ de Deo, de mundi creatione, &
„ gubernatione Christiana religio tradit, di-
„ scipulos diligenter edoceant; atque eosdem
„ Christianos Missionarii frequenter com-
„ monefaciant, nè (quod facilè contingit)
„ suis inscriptionibus aliquid è Scholæ litera-
„ riæ principiis Legi Christianæ contrarium
„ admisceant.

„ Sunt & aliæ quæstiones, quæ hac vice
„ nondum attingimus, quia cum memoratis
„ capitibus, quæ præcipua sunt, & è quibus
„ alia magna ex parte dependent, provisum
„ fuerit, quid in cæteris tenendum sit, præ-
„ scribere, & in usum inducere. Si quis au-
„ tem Missionarius, quod absit, nullâ habitâ
„ hujus declarationis, & mandati ratione,
„ intra duos menses, memoratas tabellas &
„ versus ab Ecclesiis suis, aut domibus non
„ auferat, aut intra præfatum tempus manum
„ operi non adhibeat, aut quas præscribimus
„ regulas in usum & morem inducat, con-
„ cessas ei à nobis, & à quocunque alio Vi-
„ cario, & Provicario Apostolico facultates
„ per præsentes revocamus, ac pro tempore
„ præfato revocatas esse declaramus. Neque

„ ta-

„ tamen hac præſenti declaratione, & man-
„ dato eos culpare intendimus, qui aliter an-
„ tea cenſuerunt, aliámque praxim ſecuti
„ ſunt, ab ea, quam impoſterum ſequendam
„ eſſe ſtatuimus; mirum enim videri non de-
„ bet, ſi in rebus hujusmodi, Miſſionarii o-
„ mnes unius, ejusdémque ſententiæ non fue-
„ rint, & eam unusquisque praxim amplexus
„ ſit, quæ ſibi in Domino magis veritati con-
„ ſona videbatur; Nunc verò in hoc omnes
„ ſtudia noſtra conferamus, ut idem ſapia-
„ mus, ut unanimes uno ore exhibeamus
„ iſtam Eccleſiam non habentem maculam,
„ aut rugam, ſed ut ſit ſancta, & immacula-
„ ta; ac Deus pacis, & dilectionis erit nobi-
„ ſcum. Datum in oppido *Changlo* Provin-
„ ciæ *Fokienſis* Die 26. Menſis Martii Anno
„ 1693.

Carolus Maigrot Presbyter Vica-
rius Apoſtolicus Fokienſis.

„ Facta dein à D. Maigrot præfati ſui man-
„ dati relatione ad S. Sedem Apoſtoli-
„ cam, Sanctiſſimus Dominus Noſter
„ Innocentius Fel. recond. Papa XII.
„ ipſum Dominum Maigrot ſequenti A-
„ poſtolico Brevi dignatus eſt.
„ Dilecto filio Carolo Maigrot Electo Epi-
„ ſcopo Cononienſi Vicario Apoſtolico
„ Provinciæ Fokienſis in Sinarum im-
„ perio.

Innocentius XII.

„ Dilecte Fili! Salutem & Apostolicam be-
„ nedictionem. Sicuti nihil magis cordi
„ est nobis, quàm ut animæ ad imaginem &
„ similitudinem Dei creatæ, & unigeniti ejus
„ filii Sanguine redemptæ Creatorem suum,
„ ac redemptorem agnoscant, & in Spiritu
„ ac veritate adorent; ità nihil potest nobis
„ accidere jucundius, quàm ut audiamus o-
„ perarios ab eo in vineam suam per hanc
„ sanctam sedem missos, noviter, fructuosé-
„ que laborare. Quocircà maximè nos gau-
„ dio affecit eorum relatio, qui nuntiârunt,
„ quod etiam ex multis literis tuis cognovi-
„ mus, te invicta diligentia in ea incumbere
„ studia, plurimúmque in iis profeciisse, qui-
„ bus opus est, cùm ut verbum Dei per Mis-
„ sionarios Apostolicos facilius disseminari,
„ tum ut idololatria & cujuscunque generis
„ superstitio gentilium extirpari possit. Ma-
„ gna facta est lætitiæ nostræ accessio, ubi
„ intelleximus, te tuósque socios, non in Ser-
„ mone adulationis, neque in occasione ava-
„ ritiæ, nec quærentes ab hominibus glori-
„ am, sed Dei spectantes honorem, & ani-
„ marum salutem, in propagandam fidem, &
„ religionem Catholicam assiduè esse inten-
„ tos. Et quoniam Christus Dominus Apo-
„ stolis suis, & aliis operariis evangelicis ni-
„ hil studiosiùs commendavit, aut inculcavit
„ diligentiùs, quàm ut inter se unum essent,

„ & animorum & ſenſuum conjunctione uni-
„ tatem ipſam Patris cum Filio imitarentur;
„ enitendum maximè tibi eſt, & quantum
„ potes efficiendum, ut pacem cum aliis in
„ eodem operé occupatis ſemper retineas, ac
„ magis magisque confirmes. Fieri quidem
„ non poteſt, ut hæc omnia conſequaris ſi-
„ nè gravibus difficultatibus, ac laboribus,
„ ſinè quibus nihil arduum ad Dei gloriam
„ ſuſcipi, promoveri, aut perfici poteſt. Sed
„ pro modo patientiæ merces copioſa eſt in
„ cœlis. Quam ob rem oportet te Moyſis
„ ſequi exemplum majores divitias æſtiman-
„ tis theſauro Ægyptiorum improperium
„ Chriſti, aſpicientis in remunerationem.
„ Apoſtolicam interim benedictionem tibi
„ peramanter impertimur. Datum Romæ
„ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſca-
„ toris die 15. Januarii MDCXCVII. Pontifi-
„ catûs noſtri Annô VI.

Marinus Spinula.

Decretum Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Papæ XI.

Feria V. Die XX. Novembris MDCCIV.

„ IN Congregatione Generali S. Romanæ &
„ univerſalis inquiſitionis, habita in Pala-
„ tio Apoſtolico Quirinali coram Ssmo Do-
„ mino Noſtro Domino Clemente Divina

„ Pro-

„ Providentia Papa XI. ac Eminentiſſimis, &
„ Reverendiſſimis Dominis S. R. E. Cardi-
„ nalibus, in tota republ. Chriſtiana, contra
„ hæreticam pravitatem Generalibus inqui-
„ ſitoribus, à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter
„ deputatis. Sanctitas ſua poſtquam in plu-
„ ribus congregationibus coram ſe habitis,
„ ab ipſo pontificatûs ſui primordio, ſuper
„ præmiſſis quæſitis, ſeu dubiis Theologo-
„ rum, ac Qualificatorum ad id à Sanctæ
„ Mem. Innocentio XII. deputatorum, ſen-
„ tentias exceperat: poſtquam itidem pluries
„ de iis egerat cum Dominis Epiſcopis Beri-
„ tenſi, & Roſalienſi Vicariis Apoſtolicis in
„ regno Sinarum, Romæ nunc commoranti-
„ bus: ac poſtquam demum quidquid in e-
„ jusmodi controverſiis Patres Franciſcus
„ Noël & Caſpar Caſtner Societatis JEſu Pro-
„ curatores, & Miſſionarii Apoſtolici ejusdem
„ regni deducere potuerunt, ſeu voluerunt,
„ audiverat; reſponſa ſupradicta, quæ in aliis
„ præcedentibus congregationibus ſimiliter
„ coram Sanctitate Sua habitis, diu multum-
„ que diſcuſſa, ac maturè examinata fuerant,
„ confirmavit, & approbavit; illâque Domi-
„ no *Carolo Thomæ de Tournon* Patriarchæ An-
„ tiocheno, Commiſſario, & Viſitatori Apo-
„ ſtolico, in præfato Sinarum & aliis India-
„ rum Orientalium regnis, transmitti man-
„ davit, unà cum congrua, & opportuna in-
„ ſtructione deſuper facienda, ad hoc, ut tam
„ ipſe, quàm reliqui Archi-Epiſcopi, Epiſco-

„ pi, ſeu alii, qui in illis partibus Viſitatoris,
„ delegati, ſeu Vicarii Apoſtolici munus exer-
„ cent, vel impoſterum exercebunt, reſpon-
„ ſa hujusmodi ab omnibus, & ſingulis nunc,
„ & pro tempore ibidem exiſtentibus Miſſio-
„ nariis cujuscunque ordinis, religionis, & in-
„ ſtituti, etiam Societatis JEſu, nec non ab
„ univerſis Chriſti fidelibus earundem parti-
„ um, ſub pœnis canonicis, ea qua decet, o-
„ bedientia, obſervari curent, & faciant; ſu-
„ ſpenſa tamen interea, juſtis & rationabili-
„ bus ex cauſis, animum Sanctitatis Suæ mo-
„ ventibus, eorundem reſponſorum publica-
„ tione, ſeu quavis evulgatione tam in Ur-
„ be, quàm in aliis Europæ partibus. In con-
„ trarium facientibus non obſtantibus qui-
„ buscunque.

Joſeph Bartolus S. Romanæ & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

(L. S.)

Decretum Eminentiſſimi Cardinalis de Tournon.

„ *Carolus Thomas Maillard de Tournon,*
„ *Dei & S. Apoſt. ſedis gratiâ Patriarcha*
„ *Antiochenus SS. D. N. Clementis divina pro-*
„ *videntia Papæ XI. Prælatus Domeſticus,*
„ *ejusque Pontificio ſolio aſſiſtens, nec non Sa-*

cræ

„ cræ Romanæ Universalis inquisitionis Con-
„ sultor, ac in Indiis Orientalibus, & Sina-
„ rum imperio, finitisq; Regnis, & insulis
„ Commissarius Apostolicus & Visitator Ge-
„ neralis, cum facultate Legati de latere.
„ Reverendissimis Dominis & fratribus Epi-
„ scopis, Locorum Ordinariis, & Vicariis
„ Apostolicis, Reverendissimis Pro-Vicariis,
„ nec non Missionariis Apostolicis in his Re-
„ gnis Sinarum, salutem in Domino sempi-
„ ternam.

„ Quandoquidem audivimus evangelicos
„ operarios accessiri, de aliquibus ad sanctam
„ religionem nostram spectantibus interro-
„ gandos; ut selectum Dominici verbi se-
„ men à noxiis superstitionum oleribus, pu-
„ blica confessione separare valeamus, utque
„ simus unanimes veritatis testes, & assento-
„ res; atque sinè scandalo errantium in in-
„ vio, uno ore & corde Deum glorificemus,
„ qui non est dispensionis Deus: inhærentes
„ menti S. Sedis Apostolicæ, & decisioni (de
„ qua nobis constat) ab eadem suprema Se-
„ de, atque à SS. D. N. Clemente divina pro-
„ videntia Papa XI. nuper emanatæ, post e-
„ mensa tot annorum stadia, & labores in
„ examine controversiarum hanc Missionem
„ diu exagitantium, regulam & legem cer-
„ tam, ab omnibus imposterum observan-
„ dam, pro muneris nostri debito propone-

re,

„ re, declarare, & ſtatuere decrevimus, prout
„ in ſubſequentibus reſponſis ad quæſita, quæ
„ fertur eſſe facienda, cum ea majori, qua
„ fungimur poteſtate, etiam Legati de latere
„ proponimus, ſtatuimus, & decernimus, &
„ ab omnibus Miſſionariis tam ſæcularibus,
„ quam Regularibus, cujuscunque ordinis,
„ etiam Societatis JEſu in hac Miſſione ob-
„ ſervari mandamus. Si interrogentur de
„ doctrina, legibus, ritibus, ſeu conſuetudi-
„ nibus Sinicis in genere, an illis conſenti-
„ ant, an promittant illos, aut illas non im-
„ pugnare, nec contra ſcribere, aut prædica-
„ re? reſpondere tenebantur, quo ad ea, quæ
„ ſunt conformia Chriſtianæ legi, & cum ea
„ licitè, & ritè componi poſſunt, affirmati-
„ vè; quo ad alia negativè. Si deinde inter-
„ rogentur, quæ nam ſint in divina lege, quæ
„ Sinarum Doctrinæ non ſunt conformia?
„ reſpondebunt plura. Et ad exemplifican-
„ dum inducti, dicere poterunt pro libitu ea,
„ quæ ſibi occurrent de Sortibus, de Sacrifi-
„ ciis, ſeu Ci, quæ fiunt cælo, terra, ſoli, lu-
„ næ, planetis, ſpiritibus, artium inventori-
„ bus & aliis. Cùm Soli Deo rerum omni-
„ um Conditori liceat Chriſtianis ſacrificare,
„ ut ab eo proſpera quæque & adverſa ſorti-
„ antur. Si deſcendant interrogationes ad
„ Ci, ſeu ſacrificia Confucii, & progenito-
„ rum, negativè reſpondebunt: non poſſu-
„ mus illa facere, aut permittere divinæ le-
„ gis Cultoribus, Item negativè quoad uſum

tabella-

„ tabellarum defunctorum Progenitorum.
„ juxta morem Sinicum. Item negativè, si
„ interrogentur an Xam Ti, vel Tien sint
„ Christianorum verus Deus. Si interrogen-
„ tur, quare de prædictis ità sentiant? respon-
„ debunt: quia non componuntur cum cul-
„ tu veri Dei; & ità à suprema sede est de-
„ cisum, quæ est regula infallibilis Christia-
„ norum in rebus fidei. Si circa tempus de-
„ cisionis? omnibus sit notum, illam ema-
„ nâsse die 20. Novembris An. 1704. Si de-
„ mum dicatur, quomodo vobis de hoc con-
„ stat? respondebunt: nobis constat ex de-
„ claratione de hoc facta à Patriarcha An-
„ tiocheno superiore nostro, qui oracula
„ Summi Pontificis in se habet, vigore sua-
„ rum facultatum, & tenemur ei credere. Et
„ ità ex commissa nobis, licèt immeritis, au-
„ ctoritate Apostolica, etiam cùm facultate
„ legati de latere, omnibus & singulis Epi-
„ scopis, Vicariis Apostolicis, Locorum Or-
„ dinariis, Missionariis, & Presbyteris, tam
„ Sæcularibus, quam Regularibus etiam So-
„ cietatis JEsu, in hac Sinica Missione exisien-
„ tibus, & in futurum extituris præcipimus,
„ & observari mandamus; sub pœna excom-
„ municationis latæ Sententiæ, S. Sedi Apo-
„ stolicæ ità reservatæ, & nobis, ut nè qui-
„ dem sub prætextu cujuscunque privilegii
„ à Summis Pontificibus concessi, etiam Pa-
„ tribus Societatis JEsu, ab excommunica-
„ tione possit quis unquam absolvi, præter-

quam

„ quam in mortis articulo, ad quem ſolum
„ effectum, & non in aliis caſibus, & quate-
„ nus opus ſit quodcunque privilegium hu-
„ jusmodi, vigore ſpecialis facultatis, qua ad
„ id fungimur, ſuſpendimus, & revocamus,
„ ſublata etiam facultate eludendi, ſeu aliter
„ interpretandi hoc noſtrum mandatum ſub
„ prætextu decreti Alexandri S. M. Papæ VII.
„ editi An. 1656. vel alicujus magni periculi.
„ Etenim ex Speciali indulto, Apoſtolicarum
„ conſtitutionum interpretatio, & declaratio,
„ nobis eſt commiſſa &c. Ac propterea de-
„ claramus, non obſtante dicto decreto, aut
„ quocunque gravi periculo, ità ab omnibus
„ in hac miſſione permanere, vel ingredi vo-
„ lentibus, ſub prædicta pœna, ipſo facto in-
„ currenda, eſſe tenendum, docendum & re-
„ ſpondendum, cùm maximum religionis,
„ & miſſionis bonum propriè conſiſtat in de-
„ core, & honore divinæ Sponſæ, quam Chri-
„ ſtus acquiſivit ſanguine ſuo, & in conſutili
„ veſte contexit. Datum Nankini die 25.
„ Januarii Anno 1707. Pontificatûs autem
„ SS. D. N. Clementis Divina Providentia
„ Papæ XI. Anno ſeptimo.

Carolus Thomas Patriarcha Antioch. Viſit. Apoſt.

Andreas Candela S. Viſit. Apoſt.
Cancell. & Miſſion. Apoſt.

Publicata Nankini die 7. Febr. An. 1707.

De-

Decretum Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ XI. juxta exemplar impressum Romæ ex Typographia Rever. Camer. Apost.

Feria V. die 25. Septemb. An. 1710.

„IN congregatione Generali S. Rom. & Uni-
„ versf. Inquisitionis habitis in palatio Qui-
„ rinali coram SS. Domino Clemente div.
„ provid. Papæ XI. ac Eminentissimis & Re-
„ verendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus
„ inquisitoribus à S. Sede Apost. specialiter
„ deputatis. Idem Sanctissimus Dominus No-
„ ster in causa Rituum, seu ceremoniarum
„ Sinensium, auditis tam in congregationi-
„ bus anno præterito non semel, quàm in
„ aliis mense, & anno præsentibus pluries co-
„ ram Sanctitate Sua habitis, præfatorum Emi-
„ nentissimorum & Romanorum DD. Cardi-
„ nalium, qui rem mature, ac diligentissimè
„ discusserunt, sententiis decrevit, & decla-
„ ravit responsa aliàs in causa hujusmodi, ac
„ eadem congregatione data, & à Sanctitate
„ Sua die 20. Novembris An. 1704. confirma-
„ ta, & approbata, nec non mandatum, seu
„ decretum ab Eminentissimo & Rmo Do-
„ mino Domino Cardinali de Tournon, tunc
„ Patriarcha Antiocheno, Commissario, &
„ Visitatore Apostolico Generali in imperio
„ Sinarum die 25. Januariis 1707. hac de re
„ editum, ab omnibus, & singulis, ad quos
„ spectat, inconcusse & inviolabiliter sub cen-
„ suris, & pœnis in mandato, seu decreto hu-

jus-

„ jusmodi expreſſis, obſervanda eſſe. Quo-
„ vis contrafaciendi quæſito coolre, ſeu præ-
„ textu penitus ſublato, ac potiſſimum non
„ obſtante quocunque appellatione à quibus-
„ vis perſonis ſivè ſæcularibus, ſive regulari-
„ bus, etiam ſpecifica & individua mentione,
„ & expreſſione, dignis, ac quavis Eccleſiaſti-
„ ca dignitate fulgentibus ad ſedem Apoſto-
„ licam interpoſitâ, quam propterea Sanctitas
„ ſua rejiciendam eſſe decrevit, ac re ipſa re-
„ jecit. Porrò cùm idem Dominus Cardina-
„ lis de Tournon in ſuo mandato, ſeu decre-
„ to ſupradicto Apoſtolicæ deciſioni die 20.
„ Novembris 1704. latæ ſe expreſsè inhærere
„ profeſſus fuerit, Sanctitas Sua ulteriùs de-
„ claravit, ipſum mandatum, ſeu decretum,
„ unà cum cenſuris in eo contentis ad nor-
„ mam eorundem reſponſorum accipiendum
„ eſſe, ità ut nihil per illud reſponſis præfatis
„ additum, ſeu detractum fuiſſe cenſendum
„ ſit, ac omnia, quæ in eis inſunt, etiam in
„ mandato, ſeu decreto prædicto ineſſe in-
„ telligamus. Cæterùm Sanctitas Sua, tamet-
„ ſi non ſinè ingenti animi ſui mærore acce-
„ perit, quòd humani generis hoſtis multi-
„ plicia indies Zizania in latiſſimis illis regio-
„ nibus ſuperſeminare non ceſſat, non ta-
„ men propterea in eis Catholicæ religionis
„ propagandæ ſaluberrimum, ac Sanctiſſi-
„ mum opus ullatenus deſerere volens, ſed
„ illud majori, qua poteſt animi contentio-
„ ne, ac ſtudio, iisque potiſſimum diffidiis,
qui-

„ quibus inibi Christianæ fidei seges, veluti
„ spinis suffocatus, prorsus submotis, arden-
„ tiùs semper & enixiùs, promovere cupiens,
„ congruam super præmissis, aliisque ad ea
„ pertinentibus instructionem confici, illam-
„ que dicto D. Cardinali de Tournon, quate-
„ nus adhuc in illis partibus commoretur,
„ sin minus, illi, qui ejus loco deputatus fue-
„ rit, nec non Episcopis & Vicariis Apostoli-
„ cis earundem partium transmitti mandavit,
„ qua non minùs debitæ Apostolicorum de-
„ cretorum executioni, quàm Missionario-
„ rum concordiæ, evangelicæ veritatis præ-
„ dicationi, atque animarum saluti opportu-
„ nè consulatur. Demum ut nimiæ illi de
„ his rebus scribendi licentiæ, quæ non sinè
„ fidelium scandalo, inter partes diuturnâ
„ contentione exasperatas invaluit, modus
„ imponatur, Sanctitas Sua districtè præcipit
„ omnibus & singulis cujusvis ordinis, Con-
„ gregationis, instituti, & Societatis, etiam
„ de necessitate exprimendæ, Regularibus,
„ aliisque quibuscunque sæcularibus personis
„ tam Ecclesiasticis, quàm laicis, cujuscun-
„ que tandem statûs, gradûs, conditionis, &
„ dignitatis existant, ut imposterum non au-
„ deant, sub quovis quæsito colore, vel præ-
„ textu imprimere, vel quoquo modo in lu-
„ cem edere libros, libellos, relationes, the-
„ ses, folia seu scripta quæcunque, in qui-
„ bus ex professo, vel incidenter de ritibus
„ Sinicis hujusmodi vel de controversiis de-

„ ſuper, ſeu illorum occaſione exortis quom-
„ modolibet tractetur, ſinè expreſſa, & ſpecia-
„ li licentia à Sanctitate Sua, ſeu pro tempo-
„ re exiſtente Romano Pontifice in congre-
„ gatione ſupradictæ S. & Univerſalis inqui-
„ ſitionis obtinenda. Ut autem ejusmodi
„ prohibitio inviolabiliter obſervetur, eadem
„ Sanctitas ſua voluit, & declaravit contra-
„ venientes quoscunque excommunicatio-
„ nis latæ Sententiæ, Regulares verò etiam
„ privationis vocis activæ & paſſivæ pœnas
„ ipſo facto absque alia declaratione incur-
„ rere, & nihilominus aliis etiam pœnis San-
„ ctitatis Suæ, & Succeſſorum ſuorum Ro-
„ manorum Pontificum arbitrio infligendis
„ ſubjacere. Libros porrò, libellos, relatio-
„ nes, theſes, folia, ac ſcripta quæcunque,
„ quia in futurum contra præſentis prohibi-
„ tionis tenorem edi contigerit, (citra ullam
„ aliorum hactenus editorum approbatio-
„ nem, ſuper quibus opportunè provideбi-
„ tur) pro expreſsè prohibitis haberi voluit,
„ abſque alia declaratione ſub pœnis & cen-
„ ſuris in regulis indiciis librorum prohibito-
„ rum contentis. Impreſſores verò præter
„ Scriptorum ſic impreſſorum amiſſionem,
„ pecuniariis, aliisque corporalibus pœnis

„ juxta

„ juxta criminis gravitatem, teneri manda-
„ vit; in contrarium facientibus non obſtan-
„ tibus quibuscunque.

(L.S.) Joſephus Bartolus S. Rom. & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

„ Die 1. Octobris 1710. ſupradictum de-
„ cretum affixum & publicatum fuit ad val-
„ vas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Palatii
„ S. Officii, ac in aliis locis ſolitis & conſue-
„ tis Urbis per me Franciſcum Pernum S. In-
„ quiſitionis Curſorem.

Hactenus relatio pretioſæ mortis à fol. 1. usque 88.

Manet igitur: *qui hominibus placent confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos.* Et ſapientiſſimè nunc ab Eccleſia ordinatum eſt, ut imposterum Miſſionarii Jeſuitici non ampliùs ſuo Generali, ſed ſoli congregationi de propaganda fide ſubjecti ſint, & obedire teneantur. Denique in cauſa Janſeniani colubri inenarrabiles Jeſuitarum operas diductô ore per omnes Rhetoricæ locos, & Philoſophiæ prædicamenta dilaudas? Non invideo, imò gaudeo & Spiritu exulto, & adhortor exitiale malum, animos eruditorum, velut hedera amplectens eradicari. Verùm tui fraudulenter pugnant

- - - tectosque per herbam
diſponunt enſes, & ſcuta latentia condunt,

Ità, ùt quod ſunt *Janſeniſtæ* in Gallia tantùm, idem *Jeſuitæ* in orbo univerſo: iisdem armis Eccleſiam Dei lacerando. Illi inobedientes ſunt Epiſcopis: hi Vicariis & Nuntiis Apoſtolicis. Illi negant quinque propoſitiones ex Janſenii Auguſtino fideliter extractas: hi renuunt fideles eſſe ſpecies facti adverſus doctrinam ſuam &c. Illi variant ſenſum quinque propoſitionum: hi diverſificant ſyſtema opinionum ſuarum ad placita Regum. Illi eludunt bullas Pontificias interpretationibus: hi easdem extenuant, & in ſibi favorabiles ſenſus detorquent inventis conditionibus. Illi Eccleſiæ infallibilitatem tergiverſantur agnoſcere in factis decidendis: hi ipſi (qui Papæ quidem infallibilitatem ſeſe agnoſcere gloriantur in decidendis factis, & re ipſa agnoſcunt, dum eſt in favorem Societatis) cum diſtinctione juris & facti miras ludificationes Eccleſiæ cauſant. Illi ſe ſolos veram eruditionem & intelligentiam in materia gratiæ adeptos eſſe putant; ideò ex ſuperbia judicio Eccleſiæ ſe ſubdere detrectant: hi ſe ſolos ſtatus quæſtionum circa controverſias fidei intelligere perpetuò prætendunt, inde aliorum judicio obedire nolunt. Illi demum perennem exigunt ſuæ litis reviſionem, conquerentes ſe ſatis auditos non eſſe: hi ſemper poſtulant, ut reiteretur examen negotiorum ſuorum, nec ceſſare volunt, nisi ad aliud redeatur judicium ipſis favorabile. Ecce quàm ovum ovo ſimile! Id demum & inſolens,

ſolens, & injurioſum valde, quòd dum animadvertunt, quosdam Viros, etſi pietate & doctrinâ fulgentes ſuis practicis, juſtitiæ amore inviſos, ſtatim eos Janſenii doctrinâ infectos, ubique detonent, & ſub ea nequitiæ figura modis omnibus perſequantur. Quòd tuus *Martinius* incorruptô ſit corpore mendacium eſt; ſed etſi eſſet, nihil adeò mirum eſſet, nam & plurium Gentilium in *Japonia*, & hæreticorum in *Germania* corpora, uſque hodie incorrupta ſunt, & multi Sancti jam canonizati incorrupto corpore non ſunt. Cæterùm nulla quæſtio eſt de veſtibus ſericis delatis more regionis à Jeſuitis, ſed de vita voluptuoſa, cui ultra modum dediti ſunt plures eorum, ùt erat idem Martinus Martinius: in veſtibus præclaris, in mundanis viſitationibus, in conviviis ad ſex horas protractis, exquiſitiſſima vina bibens, cibos edens delicatiſſimos, & tali auſteritate videtur ſibi ſinè dubio incorruptionem corporis comparâſſe. Adamus Schall & Franciſcus Figuero Jeſuitæ, dignitatem primam habebant poſt regiam, ipſorum etiam vice Regum ſuperiorem (buccinato penes votô non acceptandi dignitates) inceſſum pompoſum & faſtuoſum in ſede eburnea aurô ornata, ab octo viris geſtata, præcedentibus conopæis pretioſis, ſubſequentibus aſſeclis, lanceariis, bombardariis, militibus, peditibus, & equitibus? Ordo eorum (ùt chinenſes relationes fol. 170. habent,) talis erat: imò præceſſeruut quidam

dam famuli bini & bini, quorum quidam fericô ornata tenebant inſtrumenta. 2dò. Venerunt baccilliferi arcentes populum à via. 3tiò. Proceſſerunt portitores ſcutorum, in quibus nomen P. *Figuero*, aut *Schall* cum gradu dignitatis ſuæ, quam in regno gerebant, magnis literis erat expreſſum, ut omnes legentes debitam extemplò eis humiliationem præſtarent. 4tò Lanceárii & baliſtarii ſericeis aurô phrygiatis vexillis coloris cærulei. 5tò. Duo majores Miniſtri gravi greſſu adventum ſui Domini notantes. 6tò. Ipſe P. *Figuero* aut *Schall* in ſella eburnea aurô ornata ab octo perſonis geſtata. 7mò Miniſter cum equo Domini ſui pulcherrimo. 8vò. Famuli portantes lucernas in perticis arte chinenſi ſericeis ornamentis inſignitas. Nunquid ſic inceſſit Dominus JEſus? aut ejus Apoſtoli? Nec diſceptatur de crucifixo veſtito, etſi & id contra hiſtoriam evangelicam militare videatur, ſed de abſconſione crucis, quòd non prædicent Chriſtum crucifixum, ſed glorioſum, velut in cœlos aſcendentem, & inibi regnantem, erubeſcunt ergò (ut placeant Sapientibus Sæculi) crucem Chriſti. Contra quos Paulus: Multi ambulant, quos ſæpè dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti, quorum gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Tandem Leſſii tui doctrina, finem ſecundarium intrandi religionem temporales commoditates eſſe poſſe, adſtruentis, quam tu miris ventilationibus exal-

exaltas, præter alias, insignem censuram patitur à Theologo tuo domestico Ven. *Thoma à Kempis Lib. I. de imit. cap. 7. qui aliud in religione quærit, quàm purè animæ suæ salutem, non inveniet nisi tribulationem & dolorem.* Item *lib. 3. cap. 49. Non est hoc purum & perfectum, quod propria commoditate est infectum.* Jam breviter sit

Titulus Quintus.

In quo à cap. 24. usque ad finem Curæ salutis Apographus refutatur.

QUid ultra? vana ac insana loquacitate jactabundus Modeste provolveris, Quid tuus Apologeticus? exagitationum & scommatum Schediasma? Quid tu Modeste? Τύραθον Φυσᾶς. Anecdota tibi sal in oculis, quæ insipidis Sarcasmis, ut canis lunam allatras! Certè is industriæ, & ingenii, qui adhuc hodie continuatur, partus, longè meliùs luceret inter libros Patris Rectoris tui ad S. Clementem, quàm ut N. 113. Bibliothecæ cubiculi sui reperiatur Cardinalium Richelieu, & Mazarini Ministerium cum observationibus politicis ab An. 1624. usque 1652. Sed est Autori Anecdotorum eruditio in orbe literario celeberrima, & adeò sufficientissima, ut

ut ſe adverſus tuas calumnias tueatur. Quæ reliqua ſunt ſtringam compendio. A ſummis Pontificibus & Cæſaribus, jactas te elatô ſuperciliô accepiſſe aliena bona, monaſteria, templa; quo jure? cùm aliena ſunt. Illi vobis, quantum ad ſe erat, conceſſerunt, relinquentes veſtris conſcientiis, dum per falſas informationes, ſuppreſſa veritate, & allegatis mendaciis, ea non obtinuiſtis, ſed extorſiſtis. Quot enim latifundia, monaſteria, prioratus, Eccleſias in Germaniâ ſola Statui Eccleſiaſtico, Benedictinis, Ciſtercienſibus, Præmonſtratenſibus, Franciſcanis, Dominicanis, Auguſtinianis &c. per fraudes, impoſturas, mendaciâ, informationes falſas, quaſi non viverent juxta ſuam regulam, eſſent laxi, pigri, partim ſurripuiſtis, partim ſurripere inauditis violentiis adniſi eſtis, ut domos orationis, ſacrificii, & pſalmodiæ (quæ apud tuos Modeſte longè exulat) in pecorum, ac culinarum Miniſteria converteretis. Teſtis eſt *P. Joannes Theodorus Lennep* Jeſuita in epiſt. quam 2. Octob. An. 1629. conſciis Rectore ſuo & Præpoſito Provinciali ſcripſit ad Illuſtriſſimum Baronem *Hermannum à Queſtenberg* cognatum ſuum, S. Cæſ. Maj. à conſiliis Aulicis, ipſum enixè rogans, ut Patronum ageret Societatis ad finem acquirendi collegio Societatis Moguntino duas Abbatias *Marien Kron* Ord. Ciſter. & *Clarenthal* Ord. S. Claræ: pro ratione allegans: *quòd multæ ex iſto monaſterio utilitates collegio Moguntino fo-*

rent proventuræ, maximè ob pascua & prata, quæ habet multa. Verùm generosissimo Spiritu respondit D. Baro: *Conscientiæ* (inquit) *mihi duco, olim & jam Sanctitate illustribus, qui continuis sæculis Ecclesiam sustinent, & adornant, pulsis, & ejectis, aliis quibuscunque etiam patrocinari, ut in hæreditates eorum introëant, In S. Benedictum, S. Claram, S. Franciscum, S. Bernardum, magna cœli triumphantis simul & militantis Ecclesiæ sydera, insurgere trepido, nec familias eorum in terris licitè turbari assentior. Societati cum aliorum bonorum injuria patrocinari nolo &c. Certè fundationes antiquissimas laudatissimorum ordinum sic despui, proteri, & in aliud quotidie transferri, omni etiam fundatorum memoriâ abolita, & subtracto hæredibus in egestate subinde comprehensis ultimô perfugio: nescio quam crudelitatis speciem habet &c. Quorsum tam diræ execrationes Pontificum, Archi-Præsulum, Imperatorum, & Regum in perpetuum irrevocabiliter (ut diplomata loquuntur) pronunciatæ in omnes, qui religionibus sacra aliò convertunt, aut qualicunque interpretatione, sive colore, transferunt, si eadem mox à facili aspernati irrita pronunciamus? Non miremur si Christi in terris Vicarii denunciationes, si tam diræ anathemata, & jacta fulmina videant, qui*

ab Ecclesia secessionem fecerunt, cùm & Ecclesiæ singulari prærogativa filii (speciali voto obedientiæ obstricti) *idipsum diversa licèt facie faciant? Quidquid sit non alieni solùm aut hæretici, sed & orthodoxi, & inter eos magni & boni scandalum inde patiuntur. Longè rectiùs sancta societas, & perenni in omnem posteritatem laude faceret, si studia sua conferret, ad primi fervoris Zelum in ordinum religiosis (si quibus in locis prolapsi) revocandum, ut plurium ope adjuti fructificarent, in ædificationem, nec una solum via crescere Ecclesiam concupiscerent. Magis meo sensu, operæ pretium esset, si datis dextris, jam ante approbatarum religionum Christi Servi, succincti charitate, in castris Dei exercitati pugiles starent. Nunc dissensus ille, & velut antipathia religiosorum, & Christi Sacerdotum pluribus in ruinam est. Ecquidem subinde miror, quòd qui, spretis facultatibus, ac omni spe & desiderio habendi projecto, nudi nudum Christum sequi præelegerunt, tam anxiè sudent, & ætatis optimas horas impendant, quo familiæ suæ locos adjiciant.* Tam solidis argumentis suffulta fuit illa epistola, ut ei jesuitas se reddere oportuisset, atque à proposito desistere. Verùm ardore concupiscentiæ suæ fascinati non solùm non resipuerunt, quin potiùs dato ad eundem D. Baronem prolixissimo responso, totaliter in-

verso

verso bonorum Theologorum officio, pertinaciter & insipienter contenderunt, Imperatorem sub æternæ damnationis reatu, teneri acquiescere desiderio & petitioni ipsorum, Consiliariosque Imperatoris ad id ipsi modis omnibus suadendum. Cur amabo? Quia, inquiunt, Imperator tenetur in conscientia procurare Catholicæ religionis incrementum: Catholicæ verò religionis incrementum melius ac effectuosius procurari non potest, quàm si plurimi sint adscripti militiæ seu Societati JEsu; ergò Imperator in conscientia tenetur id procurare, ac per consequens Societati procurare media, quibus socios multos alat, veterum monachorum, ac Virginum monasteria Jesuitis extradendo. Bellissimus discursus! Sed hæc tibi peregrina sunt Modeste. Ad tuam ergò me contero provinciam. Ipsum quod incolis Pragæ S. Clementis collegium, cum ducalibus latifundiis, ac etiam Monasteriis Owiensi ordinis Cœlestini, & Dobroluccnsi Ord. Cisterc. in Lusatia, ad idem operâ Confessariorum regiorum suppressis, & adjunctis, nonne in urbis angulos extrusis Dominicanis; eidem Sacro ordini, longè priùs doctrinâ, & Sanctitate in Ecclesia meritissimo, subdolis machinamentis extorsisti? ut usque hodie pii illorum manes nocturnis terriculamentis te infestent? Universitatem Carolinam Satui Ecclesiastico (Parochi enim Pragenses Doctores & Professores erant) abstulisti? ac Archi-Episcopo

Can-

Cancellariatum temerariè disputâsti, imò ejus jurisdictionem ordinariam autoritate politicâ, prætendendo supremam inspectionem in omnes Scholas totius Regni invadere & turbare præsumpsisti? Rectoratum magnificum, qui etiam aliis Theologiæ Doctoribus, etsi actu non docentibus juxta privilegia universitatis competit, quo jure tibi solus arrogas? In aliis ejusdem urbis locis, ruinatis ingentium platearum tractibus, cum coarctatione rei civicæ, ærarii publici, ac diminutis parochiarum juribus, per blanditias, ac subornationes, ingentes collegiorum nidos prorendisti? Thaumaturgis iconibus cur nisi ob occasionem accommodandi te magnis peregrinantibus tam æstuoso ubique appetitu inhiâsti? Montem Sacrum lacrymante plebe, invito Senatu, ac reclamante Decano loci Adalberto Klinkowsky armatis precibus invasisti? *Balb. in mont. Sac. lib.* 4. Iconem Divæ Kruppnensis suppressis ibi fratribus Minoribus de observantia ab administrationeParochi loci, eblanditis quoque ab ultimo hærede vicinis prædiis abripuisti? *Cruger. Sacr. pulv.* Ditionem Coschumbergensem, cum familiæ arce, quam in sartis tectis conservare teneris & non facis, regionem Schurzensem dominorum de Silber, mirabili ascesi obtinuisti. *Crug. Sacr. pulv.* Si hæc antiqua sunt, en decanatum nuper pinguissimum collegio tuo cum pluribus parochiis perpetuò uniendum in consistorio Ratisbonensi summo conatu con-

contendisti, quod dum (utpote contra Sacros Canones) non impetrâsti, intradas beneficii pro parte à Patrono eblandivisti, obstrepente rubricâ juris: *ut Ecclesiastica beneficia sinè diminutione conferantur.* Item dum alibi tractum plateæ cum campis & araturis Cives tuo collegio non placidâssent, plures eorum filios, è Societate ejecisti, & innocentes fractis in tuo servitio viribus miserè viverè coëgisti. Laureto Cappuccinorum, Basilicæ Vetero-Boleslaviensium Canonicorum ad excitanda collegia, & residentias jam in provincia superfluas velut τοιχὸν βλέπειν usque hodie intendis. *P. Häselb. in opus. hebraic.* Et justáne minùs religiosa hæc sunt omnia. Huc optimè id Ennii: *unde habeas quærit nemo, sed oportet habere.* Quàm rectè insatiabilitati istorum severissimè improperat dominus, dum *Joël.* 3. inquit: *argentum meum & aurum* (pia legata, donationes mortis causa, fundationes) *tulistis*, & *desiderabilia mea*, & *pulcherrima* (pinguissima monasteria, prædia, templa, domnia) *intulistis in delubra vestra* (applicuistis suavitati vitæ vestræ) *Et filios Juda* (Statum Petrinum) & *filios Jerusalem* (reliquos sacros religionum cœtus) *vendistis filiis græcorum* (id est sæcularibus, per deliberandi methodos eorum vitia mundo propolando) *ut longè faceretis eos de finibus suis* (id est à Sanctitate Suæ primæ institutionis ostenderetis deflexisse, vos autem perfectissimæ religionis centone tectos, ut oves

inter

inter lupos agere) *Ecce convertam retributionem veſtram in caput veſtrum.* Quid tandem? *Tu hoc tam luculentum* (inquis Modeſte *Apolog. fol.* 187.) *Jeſuitarum ærarium etiam mendaciis ditare aggrederis groſſulis nonnullis è ſtipendio ſacrificationis averſis. Nusquam* ego profectò *locorum eum groſſulorum illorum quæſtum ab Jeſuitis exercere aut vidi, aut ex ullo mortalium audivi.* Inveteratus Jeſuitarum mos eſt, ea omnia, etſi luce meridiana clarioribus probis demonſtrabilia effronti facie pernegare, dum vident gloriæ ſuæ umbram fieri. *Ecquis etſi autoritate pollens* (rectè inquit *B. Card. Tournon in epiſt. ſup. cit.*) *eos monere poteſt de peccato, quin ſtatim hoſtis reputetur, & ex eo damnabilis.* Expectas probam? Dabo. Veni in domum tuam profeſſam, aut ſi malis peregrinare ad montem Sanctum, aut ad Thaumaturgam Crupkenſem, & ubique reperies Sacerdotes Petrinos paupercu!os, promeritâ ſtipendii mercede Sacrilegâ rapacitate fraudatos. Duos enim groſſos à juſto, & regionis conſuetudine recœpto medii floreni ſtipendio, ſub mendaci neceſſitatum Eccleſiæ prætextu depalpas, & defraudas, & devoras pauperem in abſcondito, contra quod dicit Dominus *Eccl.* 4. *fili! eleemoſynam pauperis nè defraudes, quia judicabit dominus cauſam ejus, & configet eos, qui confixerunt animam ejus. Et qui fraudem facit mercenario, & qui effundit ſanguinem, fratres ſunt.* Hoc autem in

nulla

nulla Franciſcanorum, aut Cappuccinorum Eccleſia (ut certum eſt) per totum regnum, etſi pauperrimorum, & qui ornatum Sacrum, vinum & candelas mendicando laboriosè colligunt, unquam practicatur, ſed pauperes pauperibus non defraudatam eleemolynam liberaliter tribuunt, & Deus ideò illis in paupertate ſua benedicit. *Priores* verò etſi ducales habeant redditus, & ornatûs, caliçum, ſacræ ſuppellectilis, vini & candelarum (quæ omnium fidelium liberalitas ad præcenſitas Thaumaturgas, quot annis longiſſimè offert,) tantam copiam, & ſelectum poſſideant, ut non modo in proprii templi abundantiſſimum uſum, verùm & vicinarum pauperum Parochialium Eccleſiarum neceſſitatem ſufficerent: nihilominus inſatiabili corradendi appetitu, mercedem pauperis, & ſacrum altaris ſtipendium, ſacrilegè defraudant, & inſidiantur, ut rapiant pauperem, rapiunt pauperem, dum attrahunt eum. Sunt enim (ut compertum habeo ab iis, qui ibi vixerunt) apud dictas eorum Eccleſias minimum octo, aut plures pauperes Sacerdotes Petrini, qui, quousque accommodentur, ex altari, & miſſæ ſacrificii ſtipendio vivunt. Nunc his Pauperculis, absque hoc in ſumma Miſeria, & egeſtate conſtitutis, panem quotidianum decurticant, & à quolibet eorum indies duos groſſos, in Summa per Annum 36. fl. 30. kr. (qua pauper Sacerdos egre-

egregium ſuæ æconomiæ ſubſidium habere poteſt) in octo verò annuè 292. fl. impiâ detonſione non ſinè pauperum lacrymis averuncant. *Væ vobis ſcribæ & Phariſæi Hypocritæ, qui decimatis mentham, & anetum, & cyminum, & præteritis miſericordiam & charitatem proximi.* Profectò venient aliquando dies, ubi dominus hujuscemodi Sacrorum cleptis indignabundè oggeret: *reſpexiſtis ad ampliùs, & ecce factum eſt minus, & intuliſtis in domum, & exſufflavi illud.* Aggæ. 1. contrahe igitur Modeſte mendaciorum tuorum vela, & confuſione ſicut diploide induere, dum effronter inſultas: Nusquam ego profectò locorum cum groſſulorum illorum quæſtum ab Jeſuitis exerceri aut vidi, aut ex ullo mortalium audivi. Inde tibi Modeſte nodus ſolvitur, quare à viris probis & doctiſſimis tot ſolida ratione ſubnixis monitionibus potiſſimùm petantur Jeſuitæ, & non alii religioſi, quia videlicet alii Religioſi ſub ficu ſua contenti alienis non inhiant jugeribus, non petunt omnia ſoli regere, ſoli gubernare, non ingerunt ſe aulis Principum, ut alios ſupprimant, non invident ſcientiam, virtutem, ac florentem ſtatum aliis, non quærunt gloriam ſuam per infamationem aliorum, non ſunt inobedientes, etſi non habeant ſpeciale votum, Summo Pontifici, aut locorum Epiſcopis, non immiſcent ſe in ſtatum politicum gubernia familiarum, in-

tereſſe

tereſſe aularum, verbo cum Statu Petrino ambulant in domo Dei cum conſenſu, vocati in ſubſidium curæ animarum comparent alacriter. At tui, Modeſte, ambulant in magnis, & mirabilibus ſupra ſe, ſoli in mundo florere, gloriam tenere, pinguiora poſſidere, potentiam exercere, maximis tumultibus affectant. Et vel tu ipſe erectis criſtis intonas: *eminent Jeſuitæ, eminent, & velut ſidera majora in orbe effulgent.* Apolog. fol. 228. Sanè videamus, in quo tam ſublime emineant. Vel enim Sanctitatem vitæ, vel ſcientiam & doctrinam ſpectabimus. Si primum! certè non video, quomodo lene rigido, ſuave aſpero, dulce amaro in ſpirituali, & religioſa vita præponi queat? quomodo leniſſimus vivendi methodus, ſinè paupertate, ſinè choro, ſinè extraordinariis jejuniis, ſinè præceptis mortificationibus, Sanctitate ſupertranſcendere valeat, omnes reliquas ſacras religiones, quibus durior lectus, qui perpetuus chorus, quibus frequentior oratio, quibus aſſidua jejunia, quibus amica pœnitentia, quibus quotidiana flagella, quibus æterna clauſura. Habeat Sancta inſtituta Societas non nego, leniora tamen, & multò laxiora ſunt aliis, ut eatenus nemo prudenter judicare poſſit Sanctitate eos vincere alios religioſos, & nè Petrinos quidem, ut ut laxitate ab Anonymo notentur. Si ſecundum doctrinam

nempe; & ſcientiam ſpectes, non video ſingularem eminentiam. Quod latinè loquantur? humaniores ſcholas usque ad nauſeam recoquunt. In Theologia, jurisprudentia, controverſiis fidei, ſcriptura, prædicatione, hiſtoria, Matheſi &c. habent in orbe literato ſuprà ſe non decades, ſed myriades, teſtantur tot exquiſitiſſimæ doctrinæ, & literaturæ monimenta, quæ ab omni ſtatu, etiam Petrino, tametſi curâ animarum occupato, quotidie in lucem emittuntur: qui noſcere deſiderat, catalogos bibliopolarum adeat. Sed tamen *eminent*, *eminent!* in quo tandem? *Hos omnes magni Principes domeſticos habent.* Ità igitur eminent in eo, quòd per lenocinia, & blanditias ſe Principum aulis inſinuent, munera confeſſariorum attrectent gloriæ animalia, & vilia popularis auræ mancipia efficiantur, favore dein Principum in ſuæ monarchiæ incrementum, alienæ fortunæ detrimentum abutantur. Contra quam *Sanctus* egit, ac præcepit *Ignatius*: *peregrinis hominibus* (apud *Maffe. lib. 3. vitæ c. 1.*) *conditionem ipſo interprete in Principum aula quærentibus, negabat ſibi rem eſſe, niſi cum ſummi Regis aula, ad eam ſi aditum optarent, daturum ſe operam.* Auliciſmi morbum *Claudius* etiam *Aquaviva* quintus Societatis generalis Præpoſitus in Societate animadvertit & damnavit in libro inſcripto: *Induſtriæ ad curandos animæ morbos cap. 15.*

Secu-

Sæcularitas & aulicismus, insinuans in familiaritates, & gratiam exterorum, morbus est in Societate & intra & extra, periculosus, & istis qui eum patiuntur, & nobis ferè nescientibus paulatim subintrat (nunc velut torrens subintravit) *Specie quidem lucrifaciendi Principes, Prælatos, Magnates, conciliandique homines, sed revera quærimus interdum* (nunc ut plurimùm) *nos ipsos, & paulatim ad sæcularia deflectimus.* Et profectò Dominus JEsus (cujus Societatem saltèm nomine jactitas) in aulis pessimè habitus apud Caipham alapâ cæsus, ab Herode illusus, à Pilato condemnatus, ostendit qualiter veri discipuli ejus summè cavere debeant aulas, nè periculum animæ subeant. Ac in hoc igitur eminent, dum Principibus sæculi, Rectoribus mundi placent? eminent, at non secundùm Spiritum: sed secundum carnem. Inferiores omnibus religiosis, qui favores aularum propter cœlestem regem contemnunt; mundus enim, quod suum est, diligit, & eos qui pallia sua juxta ventum accommodant, provehit. Igitur si favore mundi fruuntur turpitudinibus ejus participes fiunt, & qui militare cœperunt Christo, coinquinantur favore sæculi, dicente S. Jacobo cap. 4. *Amicitiâ hujus mundi inimica est Dei, & quicunque voluerit amicus esse sæculi, inimicus Dei constituitur.* Gaudeamus igitur in Domino omnes reliqui cœtus,

qui non eminemus in favoribus hominum; ſi enim adhuc hominibus placeremus, Chriſti ſervi non eſſemus, nunc autem nos odit mundus, ut iſtos, qui ſui ſunt, diligat. Porrò nolite, nolite Religioſi Viri fidere in Principibus, & filiis hominum, in quibus non eſt ſalus, ſi aliàs virtutes non habetis, certè non eminetis, favor regum, plauſus Principum, gratia aularum, vana ſunt & inania ad religioſitatem vitæ impertinentia, imò ut bene obſervavit Claudius Aquaviva, *nociva*: reddunt enim hominem amatorem ſæculi, contemptorem ſui voti, procum proprii commodi, proſecutorem ſui arbitrii, Candidatum pſeudo-politicismi, ſponſum mundi, Apoſtatam Chriſti. Eminentia ergò hæc tua, Modeſte, ſicut de mundo, mundana eſt, ſic aliquando cum mundo peribit. Venient enim tandem dies, ubi hæc gratia aularum ceſſabit. Quid eſt autem, quòd catalogum dictiuncularum, hinc inde corraſarum, quæ à tuis hic Viennæ fiunt, velut gloriæ ſingularis conopæum adfixeris? Si tui hic non eſſent, alii adeſſent, qui fortè meliori fructu, & minori faſtu, eas dictiones peragerent? Quare te jactas à tot dictionibus in urbe Principali, quare non potiùs, ſi humilitatem tenes, oſtendis dictiones in pagorum angulis, niſi quia ſemper caput, unde majorem tui gloriam aucuparis, occupas, primas cum phariſæis cathedras,

dras, primarias civitates, Primorum gratias. Perelegantèr in tales lusit sub pediculi aulici Schemate Owenus Epigram. lib. 5.

Blandus adulator per totam cursitat aulam
Principis imprimis nobiliumque fores.
A pedibus sic nomen habens, mala bestia totum
Infestat corpus, præcipuéque caput.

Itaque propter magnam gloriam tuam adfricas te favori Principum, gratiæ aularum ut digitis ostendaris, & nomineris, hi sunt Viri famosi, potentes à Sæculo, hi sunt. Et idem in Sanctis tuis affectas: *HIC stat per qVeM ChrIstIana In fIDe orbIs stat.* Arrogantioremne inscriptionem pons Pragenus unquam gessit? Est quidem, ut nuper vidi, illi Statuæ Ignatianæ, post Severissimam Spiritualis dicasterii monitionem, locò tò *per quem* substitutum, *qVo ferente opeM.* At verò radius per totum ejusdem Sancti corpus Soli Christo, ac Divæ Virgini competens, in nova Urbe etiamnum perdurat. Sicut ergò ad aulas terrestres primiceriatum, ità & in regno cœlorum majoratum phanatica, Deo Sanctisque plurimùm displicente elatione exambis? Audi *Ven. Thomam à Kemp. lib.* 3. *c.* 58. *Noli inquirere, nec disputare de meritis Sanctorum, quis*

alio ſit Sanctior, aut quis major fuerit in regno cœlorum. Talia generant ſæpe lites, & contentiones inutiles, nutriunt quoque ſuperbiam, & vanam gloriam: unde oriuntur invidiæ, & diſſenſiones, dum iſte illum Sanctum, & alius alium conatur ſuperbè præferre, talia autem velle ſcire, & inveſtigare, nullum fructum offerunt, ſed magis Sanctis diſplicent. Taceant igitur carnales & animales homines, de Sanctorum Statu diſſerere, qui non norunt, niſi privata gaudia diligere, demunt & addunt pro ſua inclinatione, non prout placet æternæ veritati. Multò igitur obſervantiores, & ideò etiam laudabiliores ſunt cæteri religioſorum cætus, qui ut pietatem purè & illibatè colant, exeunt aulâ, ac ità contemnentes aulas regias, ſecuriori viâ perveniunt ad regna cœleſtia.

Peroratio.

IGitur ad te, tuosque rurſus Modeſte, mea ſe convertit oratio. Animadvertitis tandem, ſi mens vobis à paſſione ſana eſt, qua audaciâ, ſuper ruinas aliorum, majoris ſuæ gloriæ thronum veſtes affixerit anonymus? rogo atque obſecro, ſi ſapitis, humiliùs agite, humiliùs ſentite. Dico enim non ego, ſed omnes Viri in Eccleſia Dei Doctiſſimi &

San-

Sanctiſſimi; Non plus ſapite, quàm oportet religioſos ſapere, ſed ſapite velut reliqui ſacri cœtus ad Sobrietatem. In ſatyram alios, qui fortè meliores ſunt vobis, non inducite, non contemnite. Si lucetis, luceatis, etiam alios lucere ſinatis. Stetit Eccleſia Dei ante vos, ſtabit & poſt vos. Manifeſtus enim omnium regnorum, urbium, cœtuum, Regum, Principum, ac omnium mortalium interitus fuit ſuperbia. Eam in vobis verè omnes hactenus Summi Pontifices, ac alii Eccleſiæ Præſules à prima fundatione veſtra animadverterunt, & graviter tulerunt. *Paulus IV.* Sum. Pontifex contumaciæ & impietatis vos condemnavit, dum chori pſalmodiam detrectâſtis, malumque imprecatus eſt, *Hiſtor. Soc. p. 2. l. 2. n. 58.* *Pius V.* Officio ac vita Sanctiſſimus, ſimul & humillimus Pontifex, ambitioſiſſimis inſolentiis veſtris nunquam obſecundans, diris increpationibus contrariatus eſt. Hiſtor. Soc. *Gregorium XIII.* Ambitioſis monopoliis converſionis Japonicæ multùm offendiſtis, poſteaquam per miras artes eum circumveniendo obreptitiè impetrâſtis conſtitutionem, *nè ad provincias Japonicas evangelii prædicandi cauſa proficiſci auderent alii cujusvis ordinis religioſi.* *Sixti V.* Sum. Pont. oculos veſtra Superbia ità palam incurrit, ut tranſiens aliquando collegium veſtrum coram dixerit; *Alibi dominantur peccata humana,*

isthinc verò angelica, id est luciferi. in vit. passim. *Clementis VIII.* in congregatione vestra 1592. proprio oris oraculô sapientissimam orationem, & severam correptionem, ut religiosæ humilitatis memores submissiùs in Ecclesia Dei ageretis, orbis admiratus est. *Paulus V.* ad refringenda supra dicta ambitiosissima conversionis Japonicæ monopolia, qua Soli vos gloriam reportare maximis contentionibus incubuistis, omnibus & singulis mendicantium generalibus facultatem concessit, *quoslibet sui ordinis Spectatæ vitæ & eruditionis religiosos in Japonicas & alias finitimas insulas, provincias & regiones transmittere liberè possent.* Cùm verò incredibilis insolentia vestra inauditis artibus adhuc non quiescceret, sed adventantes evangelii prædicatores Ecclesiasticos, ac religiosos, etiam per gentilium manus affligeret, impediret, expelleret, ac etiam motu vestro martyrio afficeret, torrenti Superbiæ arctiores cataractas ponere coactus fuit, *Urbanus VIII.* per constitutionem *Ex debito.* Datum 22. Febr. An. 1633. facultatem supradictam non modò ampliando, verùm & aliorum Sacerdotum ad regiones & regna prædicta accessum impedientes, excommunicationis latæ sententiæ vinculo innodando. *Innocentium X.* statim in exordio regiminis vehementer movit, vester ambiendi Rectoratûs, Provincialatûs, & aliorum officiorum pruritus,

nec

nec non alii abuſus, ideò An. 1646. conſti-
tutionem edidit Sapientia, & æquitate ple-
niſſimam, qua ambitioni veſtræ ſub cenſu-
ris graviſſimis metas ponit. Ab Alexan-
dro VII. ſubticitâ veritate rituum Sinicorum
approbationem extorneaſtis, at idem mul-
tipliciter dein punivit inſolentias & arro-
gantiam longè graviſſimam ſolemniter con-
demnando infames caſuiſtarum veſtrorum
apologias &c. Hiſt. Soc. Axioma Superbiæ
veſtræ: *Jeſuiticum & catholicum eſſe conver-
tibilia*, carbone notavit *Innocentius XI.* verè
Sanctiſſimus Pontifex, dum ſexaginta quin-
que propoſitiones potiſſimùm ex Theolo-
gaſtrorum veſtrorum placitis extractas, ve-
lut ſcandaloſas, temerarias, & perniciosas
æternæ cenſuræ ſubjecit. Nihilominus ta-
men veſter tam faſtuoſus quam abſurdus ſo-
cius Leonardus Pierz, olim in univerſitate
Herbip. Profeſſor, in Theologia ſua Specu-
lativa (in qua, teſte P. Chriſtiano Hartmann.
ipſo Conſocio ſuo, ſemper NB. de ſeptem
egit & dixit) omnium aliorum, etiam gra-
viſſimorum theologorum ſententias & pro-
poſitiones, cenſura ſua perſtringere & qua-
lificare, vertiginoſo, paulo poſt pleno alveo
erupto Spiritu præſumpſit ipſe unus doctor-
culus privatus. Denique Clemens XI. San-
ctiſſimus, doctiſſimusque Pontifex imagina-
tam excellentiam in terram nuper ſtravit,
conſtitutione à toto Chriſtiano orbe dilau-
data,

data, & adorata : *Ex illa die.* Data Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo piſcatoris Die 19. Martii, Anno 1715. Igitur ſuperbiam, quæ radix eſt malorum omnium, è cordibus veſtris eliminate Patres Reverendi. Hæc eſt ruina omnis religioſæ vitæ, ac etiam veſtrum. Etenim quia tenetis ſuperbiam, propriam diligitis excellentiam, alienam opprimitis gloriam, ad ampliorem ſemper intenditis potentiam, Superiorum vilipenditis reverentiam, veſtra vitia palliatis per eloquentiam, totis demum viribus ad ſummum mundanæ gloriæ, qua via, qua porta contenditis faſtigium, inde fit, ut faſtu jam propè ſuperetis Templarios, auliciſmo Arianos, commoditate vitæ Mahumedanos, avaritiâ flagellantes, vindictâ Huſſitas, aſtutiâ Calviniſtas, Zelotypia Wiklephiſtas, protelationibus Janſeniſtas, monaſteriorum raptu proteſtantes. Profectò ſingularitate nimiâ veſtrâ laboratis jam potiùs, quàm lucetis : etenim Clerum in totum non Sapitis, neque regularitatem omni modo amplectimini, ſed utrorumque privilegiis gaudentes, imò & excellere & excedere prærogativis ab Apoſtolica ſede conceſſis exiſtimantes, utrosque contemnitis, ac vos ſuper omnes Eccleſiaſticos ordines ingenti ſtrepitu extollitis. Superbiam igitur iterum iterùmque obteſtor in vobis coërcete, & ſic etiam filiæ ſuperbiæ in vo-

bis

bis non regnabunt. Desinet enim præpri-
mis invidia & Zelotypia, qua hactenus egre-
gios quosque Sanctitate & Doctrinâ Viros,
qui ad tibiam vestram conscientiâ moti, sal-
tare recusârunt, insolitis modis & prætex-
tibus, velut Jansenismi &c. non absque Ec-
clesiæ detrimento, ac hæreticorum scanda-
lo afflixistis, calumniâstis, & à progressu
fortunæ impedivistis. Extinguetur propria
sui æstimatio, & imaginatæ super alios ex-
cellentiæ pruritus, quo doctrinam vobis
omnem, & Sapientiam, Universitates, Aca-
demias, conversiones gentium, reductiones
hæreticorum arrogare (quasi soli in Eccle-
sia Dei, & nulli alii saperent, & arbitrio ve-
stro, velut Legi duodecim tabularum
omnia subjecta esse deberent) immodestè
præsumitis. Abibit avaritia, qua ut poten-
tia vinceretis, aliena prædia, domus, mona-
steria, proventus insatiabili appetitu semper
ad amplius respicientes per falsas allegatio-
nes excuniculâstis. Cessabit privilegiorum
sub-& obretitiè impetratorum singularitas,
qua omni Ecclesiastico Ordini, toti Ecclesiæ,
ac Summo etiam Pontifici, quasi in contra-
ctum (quando & qua de causa?) irrevoca-
biliter (etiamne privilegiati excessu non at-
tento?) abivissent, molesti, oneros, ac in-
jurios estis, abutentes iis in Episcopalis ju-
risdictionis, & disciplinæ Ecclesiasticæ dispen-
dium. Evanescet auliscismus, qua ut Recto-

ribus

ribus mundi placeretis, ac aliorum capitibus iminеretis, contra religiosæ vitæ institutum & S. Ignatii expressam mentem, sæcularibus vos inplicatis negotiis, Dynastarum domos regitis, secreta aularum rimatis, primaria Principum ministeria, cum voto non acceptandi dignitates affectatis, & de religione ad sæculum apostatatis. Tenuiores denique auras exhalabit adversus Summorum Pontificum, & Episcoporum decreta, vestræ libidini adversantia, contumacia, & inobedientia, qua cum jactato obedientiæ voto, perpetuò inquieti, reluctantes, & refractarii quod hactenus nulli religiosi fecêre, existitis. Et sic demum optimè accedetis ad similitudinem vitæ JEsu, qui in humilitate, non pompa sæculi; in paupertate, non commoditate vitæ; in mansuetudine, non appetitu regnandi venit in mundum. Habeas hoc laconismô Modeste, ac omnes tui meam candidam, impartialemque mentem. Quid nunc supereſt, quàm ut cum Doctore Mellifluo Dom. 4. post pentecost. concludam: *Audivimus Goliam* (G. H. Jesuitam anonymum) *virum proceræ staturæ, præsumentem super multa fortitudine & magnitudine corporis sui* (vita simillima JEsu Christo) *vociferantem adversus phalanges Israël* (omnes Ecclesiasticos ordines) *& provocantem eas ad singulare certamen* (per deliberandi methodum interogando, quis in regno Dei videretur sanctior &

reli-

religiosior) *audivimus etiam à Deo suscitatum Spiritum pueri junioris* (Davidis Hüffenvvetter) *ut indignè ferret virum spurium , & incircumcisum castris Israël , & Dei Summi exprobantem agminibus. Spectavimus procedentem adolescentulum in funda & lapide* (obrizæ veritatis) *adversus monstrosæ magnitudinis hominem loricatum , & clypeo protectum & galea* (falsæ ascesèos) *cæterisque terribilem militaribus* (mundanæ eloquentiæ) *armis : Si qua in nobis erant viscera pietatis , non potuimus non timere sic ineunti conflictum, non congaudere vincenti. Laudavimus magnitudinem parvuli, quòd comederet animam ejus Zelus domûs Dei , & opprobria exprobrantium ei à se non duceret aliena , sed tanquam ad propriam moveretur injuriam , & doleret super contritione Joseph* (statûs Petrini) *mirati sumus , tantam in adolescente fiduciam , quanta non inveniretur in universo Israële , collatam denique cælitus victoriam , & divina manifestè patratam virtute tam læti suscepimus , quàm sollicitè certamen spectavimus.*

A. M. D. G. & SS. Apost. Petri & Pauli Honorem.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Werdinger, Johann Bartholomäus

Diatribe adversus apolegeticum Mod. Taubengall

Venetia 1723
Jes. 989#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10569951-0